



**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

Bipartitvs, In Qvo L. Vetera Monvmenta, Nvnqvam Visa, Pavclis Exceptis -  
Quorum Catalogum versa pagina indicat

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1604**

1. Engelhardus Abbas de vita Mechtildis Viginis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64177)

Vita  
SANCTÆ  
**VIRGINIS**  
MECHTILDIS,  
PRINCIPIS BERCHTOLDI  
Comitis de Andechs  
filiae  
Friderici I. Barbarossa Imperatoris  
cognatae,  
ABBATISSÆ  
in Diessen, deinde in Oetilstetten.  
AVCTORE  
**ENGELHARDO**  
Abbate in Lanchaim  
*Nunc primum ex membranis m.  
J. monasterii Diessensis  
edita.*

A Ad

MS. 111  
S. IV  
27



## 21 Ad Lectorem. IV

**D**ixi hanc Mechtildis vitam nunc  
primum lucem videre. Nam licet D.  
Philippus Dobereiner Decanus ad B.  
Virg. Monachii, ex Latino Germanica para-  
phrasit traduxerit, edideritque tamen neque Latin-  
nè neque auctoris nomine prescripto, unquam  
integre, quod ego sciam, prodiit. Nolui latere  
tantum thesaurum. Grauiter conscripta, et  
solidis plena virtutibus hac vita virginis est;  
ut non immerito quis thesaurum esse censeat.  
De Mechtildis parentibus Bercholdo Comi-  
te, et Sophia, hac Hundius in metrop. Salisbur:  
verbo, Diessen. Tertia fundatio facta, anno  
1132. iuxta Bullam Innocentii II. Nam alia  
fundatio non extat, per illustres Principes,  
Bercholdum Comitem de Andechs, et Otto-  
nem Comitem de V Volfratshausen, una cum  
uxoribus, Sophia, et Laurita, et liberis earum,  
qui arcem suam Danasiam (id est, Diessen)

ver-

verterunt in Monasterium, confluentes ibi Ecclesiam, in honorem B. Mariae virginis, do- tantes eam mobilibus & prædiis, nec non pluri- bus privilegiis, &c. Hac Hund. Patet Berch- tolđū (qui cap. 22. in vita dicitur Comes; cap. 21. dicitur Princeps) fuisse etiam dominum in Dyengen ad Isaram, & cap. 1. Mechtildis na- ta est in Dießen, ubi de hac donatione. In cap. 1. dicitur de Imperialis sanguine originem ducere, & cap. 17. vocat Fridericus I. Imp. cognatam.

Quis auctor sit huius vita, si queras, con- planter affirmo esse Engelhardum Abbatem in Lanchaim, cuius Epistola duæ, una ad Propo- situm, Fratresq; Dießenses, altera ad Comitis- sam Abbatissam Dießensem, in fine vita erant subiunctæ. Nos has ad initium reuocauimus, quoniam nimis debebant. indeq; conjectura, ut putamus, certa assequimur, auctorem vita esse Engelhardum, luculentum sanè & disertum, prudētemq; laudatorem huius virginis. Lan- cheim inuenio monasterium ab Ottone Bam- bergensi fundatum, cuius mentio est 2. tom. An- tiquæ Lect. in vita S. Ottonis fol. 345.

Sed quia S. Mechtildis Abbatissa fuit in

A 2 Oe-

MS. 111  
S IV  
27

Ad Lectorem.

Oetilsteten, sciendū est ex Bruschi lib. de Monast. Germania fuisse Edelstetē, seu Oetilsteten, seu Ottilsteten pulcherrimum in Suevia cānobium, Vr̄spergensi vicinum, medio fermē itinere inter Augustam & Ulmam, fundatum anno Christi 1126. à Domina Gisila Wernheri comitis de Schwabegck & Balzhusen fundatrix Vr̄spergēsis germana sorore, qua apud Languingiacum etiam Xenedochii, & domus vestigalis fundatrix ac edificatrix fuisse celebratur. Subiungit postea catalogum Abbatissarum, quarum prima fuit Gisila; altera S. Mechtildis comitissa de Andechs, Bauara, soror S. Ottonis Episcopi Babenbergensis, octauia, Pomeranorum Apostoli, in Damasiano apud Bauaros monasterio sepulta.

Hac Bruschi, &c.

62):20

EPL

*EPISTOLA CIVIS DAM  
Abbatis.*

## *Abbatis.*

**D** M I N O Præposito & fratribus vniuer-  
is in Dyezzē, Engelhardus, paup & mo-  
dicus non modicè in Domino valere.  
Seruitiū seruiui vobis nescientibus , ne-  
scio an & nolentibus , vtinam & patienter feren-  
tibus. Thesaurum vestrum prodidi ego , quæ so-  
ignoscite, hoc cogitantes, quia secretum regis ce-  
lare bonum est, Dei autem gloriam reuelare ho-  
norificum est. In hoc scrupulus, quod mea non  
interest prodidisse ; vestrū fuit hoc. & fortè cau-  
samini cum Esau, quod ego præripui benedi-  
ctionem vestram. Si sacerdem hoc secundò, rectè  
causarem inī. Supplantauit enim, inquit, me alte-  
tera vice, Semel operatus sum pro vobis in scri-  
bendo vitam beatæ Mæthildis, vtinam benedi-  
ctionem patris in ea meruerim, & ipsa sit Rebecs-  
ca pro me, ne inducat super me maledictionem  
pro benedictione. Vtinam Deus alteram Mæ-  
thildim mihi det, in qua secundam benedictio-  
nem promerear , scribendo verum , laudando  
Deum, proponendo exemplum, extollendo mi-  
raculum. Hæc facta sunt in Mæthilde vestra, im-  
Tob. 12.  
Gen. 27.

A 3 mō

mo nostra de qua multum rogatus, sed parum  
eruditus scripsi quod scripsi, & plus fecissem si  
plus vel melius scissem. Vellem apud nos iam &  
alter Apollo inter vos fieri, fiducialiter agens pro  
sancta, essetis & vos mihi Priscilla & Aquila, do-  
centes me quae nescio, ad haec forte scribenda.  
Est tamen locus nobis benedictionis promeren-  
dæ, ut omissa mea suppleatis, errata mea corri-  
gatis, falsa mea deleatis, & laborum meorum  
in charitate vestra gloriam faciatis. Christus est  
Dei virtus & Dei sapientia, virtus infirmis, sa-  
pientia stultis, utrisque corrigendis ipsius vobis  
officium in me sumite, infirmum supportando,  
stultum emendando. Et hoc cogitate, quia panis  
est, Qui edunt me, inquietes, adhuc esurient, sed &  
fons, Qui bibunt me, adhuc sitient. Postremo quia  
sapientia, Qui elucidant me, vitam æternam ha-

Eccles. 24.

bebunt. & quod prius est, ultimum po-  
nam, lapis est, Qui operantur in  
me, ait non pecca-  
bunt.

INCI.



## INCIPIT PRÆFATIO A

quodam Abbate edita de

Lanchaim.

**D**O M I N A E Illustre Comitissæ N. Frater \* E. quondam \* Engel-  
dilicus Abbas, nunc autem pauper Christi in Lanchaim, hardum  
orationes peccatoris & seruitium pauperis.

Rogatus à vobis ritâ scribere beata Matildis Abbatissa, vix an-  
deo acquiscere, cùm scia difficultè doctis indocti verba placere, qui ad  
podus & mensuram & rationē more Dei volunt cuncta constituere,  
& constituta ostendere. Mallo illos arripuisse opus, & mihi calum-  
niandi occasionem vel causam abstulisse. Sed ipsis degnabitibus, &  
circa leges vel decreta occupatis, ego rusticandi studiosus vitam  
agrediar fæmina beatæ, sanctitatem eius auctorem sanctum inuo-  
cans spiritum, ut bona qua illi contulit facere, mihi largiatur edice-  
re. Ad omnia illius non attingo, quia nescio. nam ut scitis vix hora  
vna vobis assedi, qua capitula nobis recitante collegi. sed nec ipsa  
cum viueret sua vel aliqua sciri voluit: cum exemplo dominico in-  
bens de se raci, virtutes latere non possent, sed virtus ipsa clama-  
ret. Adit mihi pietas sancta, iuue imeritum meritum suis, re si  
magistris & sapientibus mundiscribendo displiceo, placeam ei cui se  
sancta probauit, que in vita laudari noluit, quia simuit.

post mortem, quia non timeret pia, laudem  
pietatis admittit.

INCL.

AJSJJ

SIV

27



## INCIPIT VITA BEATÆ MÆTHILDIS IN DYEZZEN.

I.

**G**ITVR Mæthildis nobilis carne, sed mente nobilior de sanguine imperiali duxit originem. Sed genus esse Dei, pluris habuit per pietatem. Ad hanc totam converterat, hanc emulabatur, huic studebat, ut alium patrem suum nesciret, quam Deum, nec aliam matrem, quam illam in qua oblatam fuit, Dyezensem Ecclesiam videlicet, illius Ecclesie tunc magistrum. Evidem de Dyezen sanguinē, inde traxit & sanctitatem, principis terræ filia, & filio Dei coeli in eodem monasterio solenni oblatione desponsata. Sponso suo placere contendit in tantum, ut terrena despiceret, & amaret coelestia; sciens duobus dominis non posse seruir, nec virginem sequentem amatores ignobiles à nobilissimo posse amari.

*Psalm. 44*

Audierat Dauid: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & concupiscent rex decorum tuum. Et factum est ita. Audiuuit in tremore, nunc videt in exultatione. Inclinauit aurem suam humilem, & humiliam exhibens obedientiam; & hoc in eam regis excitauit concupiscentiam. Quinquennis intravit monasterium, non pedem posuit foras, non linguam, non animum, sed nec de ore eius auditum est unquam seculare verbum. Dulcis infantula infantilia sua tam maturè gessit, ut maturas aetate, non verbo sed exemplo corriperet.

### *Adulta Carne & Vino abstinuit. II.*

**C**reuit corpore, creuit & mente, creuit & virtute, amplius etiam quam aetate. Audiebat in fortitudine sepe mittere manum suam ad fortia, domare carnem suam carnis abstinentia; non ut creaturam Dei, que bona est, reiceret, sed ne carnem edens carnis vitia nutriteret.

triret. Absinuit & à vino, in quo est luxuria, vt vinum illud latificans cor hominis in crapula sèpè biberet, & diceret in latitia cordis sui: bonus Cypri dilectus meus mihi. Denique carnem illam agni paschalis agni peccata mundi tollentis in remissionem peccatorum suorum frequenter accepit, edens illum porcius mente quam dente, & parans scilicet templum mundum tam corde, quam corpore. Parum fuit hoc in oculis eius, adiecit maiora presumere, spiritu infrmitatem sexus adiuuante. Contempnit & balnea cum Petro audiens: qui lotus est non indiget, nisi vt pedes lauet. quos etiam ipsam lauisse negauerim, ne audiret illud tonitruum: si non lauero te, non habebis partem mecum.

Quod medicinam carnalem non adhibuit. III.

Sæpius infirmata cum Paulo dixit: Cùm enim infirmor, tum fortior sum & potens, libenter gloriās in infirmitatibus suis, vt inhabitaret in ea virtus Christi, certa & experta quod virtus in infirmitate perficitur: unde & medicinam carnalem corpori suo nunquam exhibuit; Agathæ iam sodalis, & similis; nō quod huic gladius in morte defuit; gladio tamen verbi Dei cottidiè vulnerabatur, totum ad se trahens, quod in sermone, quod in lectione legeret vel audiret, carnem suam crucifigens cum vitis & concupiscentiis, timens gehennæ supplicia, & ambiens promissa cœlestia.

Quod obediens ultra hominis mensuram fuit. IV.

Nihil tamen suo fecit arbitrio. Ab ore magistræ tota pendebat, & quod illa prohiberet, ista nunquam prælumeret, quod iuberet, nunquam negigeret, nunquam differret. Sic obediens fuit, vt antiquum obediendi miraculum sibi traxisset in vsum, & quodlibet opus imperfectum relinquenter, mox vt vocantis vocem vel iubentis audiret. Scribere solita & docta apices inchoatos saepius inuenta est ad sonum vocantis magistræ vel campanæ non implesse, vt audiret de se præconium dominicum auditu auris obediuit mihi. Sed & vīro fortissime comparans, de quo Salomon: Vir, inquit, obediens loquetur victorias. Victorias loquebatur Mathildis nostra vincendo cor suum, vincendo sexum, vincendo diabolum, & in spiritu Dei facta cum Deo spiritus unus & cor unum. Siquidem teste Paulo qui adhæret domino, unus est spiritus. Iam mente quasi in monte mundo superemensis erat: aspexit & despexit sub se omnia, cantans & psallens in corde

luso canticum illud castitatis, canticum charitatis: Regnum mundi & omne ornatum seculi contempsit propter amorem domini mei Iesu Christi, quem vidi fide recta, quæ sui specimen, dilexi charitate perfecta. Sic Methildis nostra in medio iuuenicularum tympanistarum cantauit in viis Domini, quoniam magna est gloria Domini.

*Quod patiens in infirmitatibus fuit. V.*

**V**irtutem virtuti coniunxit, obedientiam patientia preferens; omnem flagellum infirmitatis a Deo, adueritatis a proximo, temptationis a diabolo; ad nullum horum murmurans, indignans, vel repugnans, nam cum tentaretur a diabolo, huic se tota virtute opposuit, respuit & contempsit, neminem etiam preter eum unquam inimicum habuit. Omni maior inuidia, inuidias si qua fuerunt, charitate superauit, virtute confudit, auctoritate obruit, humilitate prostravit, ut sibi metuere cisteret, si qua moliretur aliquid contra illam. Nam nobilissima omnium omnibus se fecit ancillam, nulli se preferens, nulli comparans. facta ipsa pars sibi perditum, sed vrile & in honorem omnibus qui erant in domo Dei. Si qua tamen, ut fieri solet, aliquando loqueretur, quod posset offendere, surdis auribus studuit præterire; obdurans aures suas secundum Prophetam, ne audiret sanguinem: sed oculos suos auertens, ne videret vanitates. Silentium tantum indixerat sibi, ut mutant cederet; si vero loqueretur, cum angelo te conferre putares.

*Quod mendacium fugeris. VI.*

**M**endacium sic cauit, sic abhorruit, ut non argueret eam omnis caro, sed & talis esse studuit in conscientia, ut secundum Iob non renderet eam consueta in omni vita sua. Hinc dilecta Deo & hominibus, cum multorum peteretur affectu, multorum manusculis tentaretur, turturi suo torturam se custodiens, contempsit munera, respuit blandimenta, fugit colloquia. Inde & fratres suos Principes vix videre concessit, & tam breuiter, ut puncto ei assedisse sufficeret: hinc eis carior quod eorum colloquia renuit. Sciebat in multiloquio non deesse peccatum. quia vix ad interrogata respondens linguam placabilem lignum vite in se ostendit. Ex hoc non sororem, sed dominam suam eam nominauerunt, coluerunt & honorauerunt.

*Quam disticta sibi, aliis pia & clemens fuerit. VII.*

**T**am, nihil ut proprium, & nihil diceret suum: tam communia facies sua singulis, ut sin gulari nihil pateretur habere præ ceteris; tam

tam pia, tam clemens erat omnibus, tam patiens, tam compatiens vniuersis, ut cuiuscunque dolorem suum crederet. gauderet denique Pauli exemplo cum gaudentibus, ficeret cum fletibus, cum infirmis infirmaretur, & aliorum scandalis vreretur. His cana sensibus, his affectibus sancta iuuenula, etatem fene&tutis, vitam immaculatam gesuit, maiori placens & minori. Omnibus debita reddidit, pralatis subiectionem, senioribus honorem, junioribus amorem. Sed & ipsis ancillis rogans imperauit, ne se dominam dicerent, sed sororem. Et sic dum fugeret, non effugit honorem; dum exhibet omnibus, omni-um habet vel inuita fauorem.

## Quod in magistram eligitur. VIII.

**T**Ecta sub medio, lucerna lucens & ardens, latere voluit; sed voluit, non potuit. posita est super candelabrum, ut luceat intrantibus in domum. Domus illa Dycezzis viduata est magistra sua, mæror fit & luctus omnium. Sed præ omnibus Mathildis, quæ sc̄e orphanam tunc primum sentiret, cum vt predictum est, aliam se matrem habere nesciret, aliam contemneret. Versata sunt consilia de alia substituenda. sed omne tulit punctum qui miscuit utile dulci. Quid virtutis quæque diceret, quid dulcius audiret, quam Mathildis nostra regat, nos gubernet, nobis imperet! Verbum abbreviatu fecit dominus, vocem sequitur effectus, effectum lætitia, lætitiam perseuerantia. Mathildis fit magistra, dolet, renuit, reclamat, quæ nihil iniunctum, nihil rotatum ante renuerat. Cogitur in virtute obedientia, obediens opus facit Euangelistæ, monens & suadens de regno Dei cum fide, cum feroce, cum dulcedine. Saluanda vni anima prius intendebat, intendit pluribus nunc saluandis; castigans corpus suum, & in seruitutem redicens, ne forte aliis prædicens, ipsa reproba inueniretur, & dicenter ei quasi in occulto, Medice cura teipsum. Multum ieiunauerat ante, vigilauerat plus, orauerat plurimum; nihil putat se egisse. Accingitur primum nunc arripiens arma militiae Dei, arma spiritalis, arma potentie Dei, fit altera Judith pugnatura. *Judith 13:* cum Holoferne; fit Hester Aman hostem pessimum delectu; fit Hester 7. denique Maria cum tympanis & choris populum Dei præcessura. Exhortatur subditas suas: Cantemus Dominum, gloriose chimi hono-  
rificatus est, laudans ipsa nomen Domini et in cantico, & magnificas *Exod. 15:* eum in laude; incipiens cum Iesu facere & docere. Prima omnium *A&B.1.* chorum intravit, ad opus confedit, & disciplina tenax omnia pectate

MS. 14. S. 1V  
27

permisit, sciens secundum Apostolum: quia corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Nulla in viectu, nulla in vestitu differentia fuit, non quod ipsa vilioribus vtebatur; nec posset iacter alias aliunde dignoscere: nam veste non immunda quidem, sed omnia viliori. Signum cognitionis eius humilitas & hilaritas vultus tam nobilis, tam insig-  
nus, in eo ut angelum exhiberet; tam grauis, tam matura, ut nihil pe-  
tulantia, nihil levitas coram ea praefumeret. Sic denique se, sic suae-  
git, ut schola Christi esset domus illa, tam Deo contuncta per amo-  
rem, ut secundum Prophetam nullius os loqueretur opera hominum,  
& quique adueniens, audiens, & recedens verè testaretur: quia Deus  
est vobis cum. hodieque Mæthildis quasi viuens in corpore, est eis  
sanctitatis exemplum.

*Quod in Cobatissam eligitur in Octoletim. IX.*

**A**vrum fuit Mæthildis nostra, quod per ignem transfrerat: purum visum est omnibus, etiam in coronâ summi regis gloria transferendum, malleis productum, sed adhuc melius producendum. Non suffecit Deo, quod laborauerat; ad laborem denuo vocat eam, acquirere sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum, & vocare non plebem Dei, plebem Dei. Erat domus una de antiquis Ecclesiis, nobilis in personis, diues in substantia, cuius abicerat Abbatissâ, & religio simul deceperat, vel ante ipsam, vel cum ipsa. Est enim solitum & iustum Dei iudicium, ut negligenter disciplina certissimum sit rerum & facultatis excidium. In illis diebus non erat Rex in Israël, & unusquisque quodlibet rectum videbatur, hoc faciebat. Fuerat domus dilapsa, dilapidata substantia, sublata disciplina. De restauratione cogitabant, quibus id cura, vel cordi fuit, ut in loco Dei Deus haberet gloriam, res floresceret disciplina, definierent virtutia, virtutes denuo plâ-  
tarentur. Quæstum est, per quem istud fieret, & nemo inventus est dignus, qui aperiret librum, nisi leo de tribu Iuda, & Mæthildis eius ancilla Dycezensis magistra. Hanc elegante, aiunt Principes, in hanc suadet antistes, huic obediemus, inquit, sorores, hanc eligimus, hanc petimus, dicunt omnes. Fit electio, fit exultatio. Acclamatur, Deo laus & gloria, imprecantur electæ fausta, domui pax, rebus abundantiæ, moribus disciplina. Affuit his Deus agendis, mouendis & promouendis, & beato fine complendis. Mittit pro ea electionis titulus pontificalis, commendat authoritas, iunguntur Principum preces, sororum humilis, & deuota petitio, totius familiæ supplicatio, sed & pro-

provincia seruendi larga promissio. Omnia hæc in comitatu nuntiorum, commendata literis, firmata testimonii, approbata personis. Venit ad locum, aperiunt nuntium, dant nuntius litteræ testimoniū, quorum nobilitas pluris potuit esse, quām scriptum. Domum famam percolavit & inuidit omnes mecor, quod thesaurum vix inuenit, & optimam margaritam essent amissuræ, cuius amore amor Dei coaleuerat eis, vt alios amores nescirent, nisi Dei tantum & Mæthildis. Petatio venit ad ipsam, erubuit, renuit, reclamauit, posuerunt me, inquietus, custodem in vineis, vineam meam non custodini: satis est mihi in iudicium vnam non custodisse, quām post hanc illam quoque negligere. Prevaluit enim episcopalis authoritas quam iuuit nunciorum & actorum facundia, vt cederet, & fieret voluntas Dei maior quam sua. Sorores tamen & familie persliterunt in tristitia, damnum intelligentes maximum, vnaquæque profectum sui quem habuit in eius praefentia. Ac quicicit altera Rebecca, vadit cum pueris Abraham, Gen. 14: venit ad Isaac filias ei paritura non paucas, qui & occurrit ei ad puteum viuentis & videntis. Illic iuuenit eum possidens in patientia animam suam. siquidem & Rebeccæ patientia ducens ad risum qui est Isaac, deambulans ad puteum viuentis & videntis scripturæ. nam aliis risus non est viuentis, nisi qui de promissione sermonis Dei. Sed nec videns, nisi cuius reuelat oculos Deus, vt consideret mirabilia de lege Dei. Sic proficiscitur Rachel altera, oves patris sui ad aquare nam Gen. 16: gregem ipsa pascet, illa pecorum, ista hominum. & ecce Jacob hau- riens ei aquam de puteo, & ad aquans oves cum ea, faciensq; reduci ad pacem. Nunquid non & Sephora fuit, quam Mozes à pastoribus violentis defendit, vt gregem cum ea pariter ad aquaret, postrem & pa- sceret. Hæc in figura illis contigerunt. Mæthildis pro tribus illis, Isaac dico, & Jacob, atque Moses, Christum habuit, gregem secum pascen- tem pane illo, qui descendit de celo, & dat vitam mundo; ad aquan- tem illo etiam de fonte, qui de Paradiſo egreditur, & deinceps in qua- tuor capita diuiditur, quia in quatuor principales virtutes fere parti- tur. Ad hunc proficiscitur domina Mæthildis cū Regina Saba audire sapientiam Salomonis, ostensura se amicam, columbam, formosam, non suis meritis, sed dono gratia Salomonis. proficiscitur, inquam, latantibus & exultantibus, qui eam deducerent; flentibus & lugenti- bus, qui eam dimitterent. Quis perdat aurum, & auri maslam nō do- late; quis margaritam fulgentem, & gemmam carbunculi pretiosam; & aequanimitate ferat? Id tibi cogita de Mæthildi. Sed quod grauius B 3 est

Gen. 29:

Ioan. 6:

est illis illam amisisse. sed quid viam prolongem longam satis, & non  
hanc in sua deducā? suis exhibeam? Venit expectata, & benedictio  
Domini cum ea. Excipitur cantu lætitiae, osculis exultationis, fami-  
liae in amplexus nouæ matris irruunt filiæ, sed & tota clientela incli-  
natur ante faciem dominæ. Defertur ad requiem: sed non est requi-  
es ubi videt laborandum, nec sine labore grauibus damnis consulen-  
dum. Induit animum viri, mulier fortis, cuius pretium non prope,  
sed procul & de ultimis finibus inuenitur. Laborat ac si nihil egerit  
prius, & laborem lætitiae sequutus est fructus.

Prou. 31,

*Qualiter vixeris in regimine. X.*

**C**AUSAM cum hominibus pugnandi non habuit prius, nec agere  
terrena cogebatur: nūc ad nutum eius cuncta pendeant, & de  
Maria Martha effecta fuisset, nisi ad pedes Domini optimam sibi par-  
te elegisset. Vnde & respondit Dominus pro ea, prouident illi suę sol-  
licitudinis solatia, viros foris, sorores intus conlaborantes, & fideles  
& prudentes in rebus agendis, supponentes se totos in parte sollicitu-  
dinis, & dominæ deferentes plenitudinem potestatis. Soror Mathilde  
dis contendit appellari sine dominæ adiectione; altum omne conté-  
pit in nomine; sed vius exigit domus, & Monasterii regula, vt domi-  
na vocaretur & Abbatissa. Ad hoc nomen habuit ordinari, & ab Epis-  
copo solemniter benedicti, ad quod utiq; non consensisset, nisi & domi-  
nū suo jure minuere, & domū dei in se respire timuisset. Consensit  
ergo: benedicta est, & benedictione aucta, aucta dico per gratiā, sub-  
limata ad gloriā, non tam nominis, quam consumata virtutis. Vide-  
res in ea pleno plenius adiici, perfectio perfectius, & delitias præteriti  
temporis noua carnis castigatione redimere putaretur ab eo, qui  
nesciret in quanto prius rigore vixisset. Ceterū ita domuerat carne,  
vt jā non contra spiritū concupisceret, sed tanquā domino ancilla  
seruiret, non nolens, aut coacta, sed volens & spontanea, & virtutis  
suavitate delectata. Cantabat ergo in viis Domini, quoniam magna  
est gloria Domini, dices Deo in orationibus suis, in via testimoniū  
tuorū delectata sum, sicut in omnibus diuitiis. Hoc fecit, hoc docuit  
& codic affectu post se gregē suum traxit, similis ipsa mulieri Euage-  
liae, quæ in sata tria misit fermentū, donec fermentaretur totū. Nō  
tamen facile inchoati: nam durū assueta relinquare, & licetias illas illi-  
citas illicitis magis velle prohibere: sed prohibite sunt Dño Abbatissa  
cooperante, & sermonem confirmingante sequentibus signis. Quare  
quibus

Pj. 118,

at. 23;

quibus; Primum signum quod sancta dedit, ipsa fuit, Iuuencula nobilis, forma herilis, visu amabilis, talis erat in moribus, talis erat in motibus, talis eloquio, talis contubernio, ut non argueret eam omnino caro, sed nec mentiri auderet fama de illa, quod maximū est decus refante S. Ambrosio, quo commendatur virgo. Talis fuit mater Dei Maria, talis & Mæthildis pedissequa eius, imitans eam in omni disciplina, imitans eam, dico, usq; ad partū illū diuinū, qui Mariæ fuit singularē priuilegiū, & ei præ conloribus suis plenitudine gratię sequestratū. Ceterum qui Maria filius hic Mæthildis est sponfus, tam dulcis ei, ut nihil nō dulce crederet, non suave reputaret, in quo illi placere potuisset. Ad suadendū tam efficax fuit, ut durissima corda moliret, & lemone verbi salutaris leues quaseq; ad maturitatē corrigeret & diceret correc̄ta illud B. Job: Quē prius tāgere nolebat anima mea, <sup>Job. 6.</sup> nunc præ angustia cibi mei sunt. Sic fecerat timoratas, si vita preterire penitentes, ut audiarent ab Apostolo: Quē ergo fructū habuiflis <sup>Rom. 6.</sup> tunc in illis, in quibus nunc erubefcīt? Nam finis illorum mors est. At ipla timoris Dei forma erat illis in mandatis eius seruandis, in tantū, ut cum S. Job dicere posset: Semper quasi tumētes super me fluāt <sup>Job. 31.</sup> timui Deum, & pōdus eius ferre non potui. Hinc faciles erāt sic & tū, & quidquid esset retortū vel recurvū, redigunt ad lineā, ad normā revocauit, in pondere, mēsura, & ratione cuncta constituens, & poëticū illud apud se dicens: Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines. Quos ultra citrae; neq; consistere rectū. Recto sic intendit Mæthildis, ut misericordiā & judiciū cantaret Dño: Sed uno dono misericordiā superexaltaret judicio. Sic moderatur omnia, sic singula separat, ut & fortes plus laboris pro Deo appeterēt; & infirmā nō refugeāt. Nesciebat in spiritu discretionis illud Jacob, Si greges meos in ambulādo plus fecerat laborare, morietur cūtī uno die. Fortiter illud Salomonis exhorta ait: quodcūq; potest manus tua facere, tu instanter operare; qā nec opus, nec ratio, nec sciētia erūt apud inferos, quō tu operas, & cōsolā adiecit: Nō sūt cōdignē passiones huius tēporis ad futurā gloriā, quę reuelabitur in nobis. Itē: momentancū & leue tribulationis nostrā supra modū in sublimē aternū gloriā pōdus operatur in nobis. Sed & illud admirās: Quod oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hōis ascēdit, q̄ sp̄parauit Deus diligētibus se; q̄, inq; talia sunt, & tanta, ut p̄ his leue sit ferre vigilias, jejunia, vel que libertas aspera. Hoc vita probavit & lingua, apponēs manū linguā, opus verbo; imō digitum superponens ori suo, ut dictis facta p̄rāmine.

minerent, nec alias diceret, quod plus & prius ipsa non fecisset. Tan-  
ta pietatis clementia præcrat, vt non verbo vel officii nomine mater  
haberetur, sed opere & veritate, tantum cuique apud se præbens fidu-  
cias, vt nihil eam celarent conscientia sua, sed inßar Adam & Euæ si-  
bi nudæ essent, nudæ dico corde, non corpore; puritate, non temeri-  
tate; non impudentia, sed innocentia.

*Quod apertum Claustrum ipsa reclusit. XI.*

**A**Diecit adhuc fructum facere maiorem in gloriam sponsi, acce-  
sus prohibere virorum, vt veritas casitatis haberet & ab histo-  
riorum qui foris sunt; nec haberet aduersarius aliquid loqui de cas-  
obrectandi gratia. Loquitur super hoc sororibus, contra dicentes a-  
liquas audit, sed non exaudit. Inßat eis loqui de proposito casitatis  
votum grande professione firmatum, fragilem sexum, multifor-  
mem inimicum, nec cum eo in campo congregari fæminis tutum, sed  
iuxta Martini sententiam, fatis esse ad laudem, si se intra castra conti-  
neant; sedissimum autem si vel illi illas, vel illæ illos frequenter adeant.  
Flores quoq; scripturarū ad casitatem suadendam decerpit multis.  
odorata sunt plurimæ odorem vitæ ex eis, adeò, vt sui claustram ex-  
peterent; quedam odorem mortis acciperent, vt claudi omnino re-  
nuerent. Venit foras verbum, acceptatum est tanquam à Deo missum,  
& Deo oratione commissum. Aduocatur Episcopus, panditur ver-  
bum prius absconditum; queruntur voluntates; inueniantur diuer-  
sa. Sed postremò præter paucas, omnes post Abbatissam conuersa.  
Laudes Deo & gratiæ referuntur, clauduntur volentes, remanere  
claudi nolentes, dimittuntur voluntati suæ. Tum demum floruit  
hortus domini, & emissiones eius tanquam paradisus malorum puni-  
corum cum pomorum fructibus. Illa prius cum militibus vñstatu colloquia verlans, ad angelos, & in foraminibus petræ, in cœnernis ma-  
ceriæ versabantur columbae, in vulneribus Christi & Angelorum fre-  
quentia felices, à se fuerunt occupatae. Percurrebant desiderio para-  
disum, & per iubileas amenitates cordibus forebantur, & sponsum  
fletibus inuitabant ad hortum, vt pascatur inter lilia, quo singulis vir-  
tutibus sibi quaæq; Deo: quam dulcia fauibus meis eloquia tua, super  
mel & fauum ori meo. loqui autem de seculo, amarius effet ab synthio.  
Ita floruit hortus domini, quem confeuerat ei Mæthildis, adiutorio  
spiritus sancti, pulcher ad videndum, dulcis ad gustandum, suavis ad  
odorandum, sed tener ad tractandum. Noua enim plantauerat, &  
ne in-

*Cant. 2.*

ne incaute mouerentur lingua seculari, diligenter cauebat. Porro spiritales viros litteratos gaudebat admittere rigatores, rogans singulos, effundere phialas suas, & verbo Dei refrigerare plantas suas, fouere areolas, arcolas aromatisbus cōsitas. Sic faciebat Mathildis, dies per singulos offerens holocausta per singulas, dicens Deo: Perfice vineam Psal. 79. quam plantauit dextera tua, & singularis ille ferus longè sit ab ea: spiritus tuus bonus bonum operetur in ea. Igitur filia Dei à filiis hominū semota, supra homines esse nitebantur, cum Maria sedentes ad pēdes Domini, & audientes verbum illius, matre super eas latente, quod laudarentur voce Dei, quia partem optimam elegissent sibi.

## Quam frequens in Ecclesia fuerit, XII.

**Q**uid ipsa studii, quid seruoris habuerit, non tacui ante, sed iam quasi de novo incipiens, & velut aquila iuuentutem suam in Dei servitio renouans, ceperit ardua petere, & quasi nō ambulare super terram, sed dicere cū Paulo: Nostra conuersatio in cœlis est. Frequens in Ecclesia fuit, verissimè coherēs mente Deo, cōuersatione angelis, cohabitacione sanctis, quorum se gaudebat adesse reliquii. Si quis eam alibi quereret, non inueniret, sed illic inuentam, pulsare non auderet, flante super eam sponso, prohibente, & dicente: Adiuro vos filiae Ierusalem, ne fusciteris, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Talem schora orationis exhibuit, vt Deo videretur iniuriam facere, quia ab eo voluisset eam absrahēre, & ipsum dicere Mathildi: Qui tangit te, tangit pupillam oculi mei. Hinc ipsa Deo adhærens, & unus Zach. 2. cum eo spiritus existens glorabatur: Læua, inquiens, eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me, & sic in pace in idipsum dormiam & requiescam. Quam suauiter dormiuit, abscondita in abscondito vultu Dei à conuersatione hominum, protecta in tabernaculo Dei à contradictione linguarum! O felix anima, quoties tibi datum est ascensione in corde tuo disponere in valle lacrimarum, & ire de virtute in virtutem, postremò videre Deum deorum in Syon, & dicere Cor. 3. regum Paulo: Nos omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes, in candem imaginem transformamur de claritate in claritatem, tanquam domini spiritu. Quoties tibi contigit ad instar Moysi velare faciem tuam ob genas tuas madentes lacrimis accipienti à patre tuo Iosue 15. cum Axa irriguum superius & inferius: & quasi sciscitantibus dicere: introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem. Talis existi de conspectu Domini, plena gratiarum, splendens, Cant. 2. & sa-

& sapiens, de confortio domini sermonis proficiens cōtemplando & orando magis in Christo, Dei virtute, & Dei sapientia, quām legendo in pagina, vel audiendo magistros in schola. Quoties in lectulo tuo per noctes quaeristi quem diligit, imò quem dilexit anima tua? caritas enim nunquam excidit. Etsi adicula caritatis caro tua in morte deciderit, verum anima tua inter carnem & caritatem media, caritatis adiutorio & veritatis testimonio nunquam non viuit. Gaudie & latrare nunc filia Syon cūm per speculum & enigmata vides regem glorie: sed quantum in carne ambulanti, & non secundum carnem militanti sicut videre. Sustulisti tamen te super te dicens in corde tuo: O quis dabit pennas mihi sicut columba, & volabo & requiescam. Tendebas ad illas cauernas maceriae, maceriae ex parte destructa, ruentibus ex ea lapidibus ignitis, in quorum medio lucifer ille teste Ezechiele ambulauit felix, donec igne Dei flagravit infelix, cūm ignem alienum, hoc est, inuidiam, accedit: unde & ruat, & tertiam partem stellarum secundum Ioannem post se traxit, & facti sunt de principiis lucis principes tenebrarum, contra quos nobis certamen est, non contra carnem & sanguinem. Hęc meditans Mēthildis nostra, immō Dei, quia si "cognouim" eam secundū carnem, sed nunc iam non nouimus, & ipsa secundū carnem neminem agnouit, Mihi, inquiens, adhærere Deo bonū est ponere in Domino Deo sp̄m meam. Quę retro sunt oblitera est, in anteriora se extendens superiora sitiens, eterna mēta complectens. Macerie illa angelica oculum suum frequenter exauit, purgans eum à puluere terreni desideri, inungens fibro coelestis sapientiae, ut sapientia ipsam videret, componentem omnia, & singulos ordines celestium virtutū compositos in sapientia, dispositos in ipsa macerie. O quām illi desiderabile, cogitare sapientiam, attingentem à fine usq; ad finem fortiter, & disponentem omnia suauiter, edificantem Ierusalēm illam de viuis lapidibus, quæ ex parte regnat, ex parte adhuc exultat, & de exilio reuersos quotidiè recipit, & cauernas illas murū Ierusalem in animabus sanctis reædificat! Attendit mansiones illas multas in domo patris datas pro meritis, sufficietes singulis, abundantes deliciis, perpetui gaudiis permixtas cum angelis, distinctas gloriis, sed unitas vinculo, & glutine charitatis. Ire iocundū illi de virtute in virtute, ire, inquam, animo, circuire desiderio templū illud, q̄ est in celo, offerre laudis incēsum Deo, singulis quoq; ordinib⁹ angelorū dare gloriam de cordis sui sacrificio. Detulit illis animabus beatissimis uniuersaque laude, petens intercessionē, & parans sibi cū illis beatitudinis

Psal. 54.  
Cant. 2.  
Ezech. 28.

Apoc. 12.

Ephes. 6.  
Psal. 72.  
\* Pater  
hinc S.  
Mēthildis  
auctori no-  
tam fuisse.

Sap. 8.

dinis sorte. Qui putas fuit illi cum Maria virginum domina, virginum regina? O quoties illi suspirauit, loquens illi, & reueans se in stratu suo cum illa à malitia saeculi, à laqueis diaboli, ab angustiis incolatus sui, Hanc habuit singulare solatium, hanc contemplationis principem, hanc vitæ suæ formam & ordinem. Per hanc accessit ad spiritum sui spiritus ducem, sed & scripturam sanctam adhibuit magistrum, ut hæc potius sequeretur, quam sensum suum ad contemplationem Dci. His præuis secura incedere, intrans in sancta sanctorum, corde sancto cõtemplans tabernaculum illud admirabile, exemplar illius quod ostendunt est Moysi, & dictum est: Vide, sicut omnia diligenter secundum Exod. 25. exemplar, quod tibi ostendum est. Mirata est altare aureum, quod est ante oculos Domini, & sub altari animas occisorum; thronum etiam Apoc. 4. Dci, cui viginti quatuor illi seniores in suis sedibus assederunt: sed & quatuor animalia sensas alas habentia, & oculis vndeque plena: tum etiam illa centum quadraginta quatuor milia, canticum nouum cantati, sed & sinum Abrahæ animalium sanctarum suscepторem: & postrem turbam illam magnam quam dinumerare nemo potest, ex omnibus populis, tribubus, & linguis, lantes ante thronū, & palma in manibus eorum. Hæc & his similia contemplari solebat Mathildis nostra, doctior ipsa in videndo, q[uod] ego in dicendo: sed & beatior in experientia, quam inexpertus in scientia. Adhuc libet sequi. Abbatissam nostram intro in atrium regis ingressam: sed fulgor quo ipsa pascitur, ferre non sustinens, recuerberatis oculis, ceu exercito, & clamo post tergum eius: Intra in gaudium Domini tui: sic enim digna es, & memeto mei, cum benè tibi fuerit, vt suggeras sponso, vt mei meminerit.

## Quod in stramine sine plumis iacuerit. XIII.

Hoc opus eius, immò otium, nō otiosum in Ecclesia, hoc illi acti-  
tare per diem dulcissimum; sed & noctis in hoc plurimum consum-  
ptu, vel tempus totum. Vnde ne lectus ei blandiretur, & segnior esset  
ad surgendum, non in plumis, sed in stramine iacuit. sed & stramcta  
repulset, nisi fugisset laudem, & libentissimè quicunque super humu-  
rudem, aut super lapide, sororibus tamē clementior ubiq[ue]; quam sibi,  
prouidire & sternere, pulsillo & linteal stratoru & indumentoru mun-  
dicias, dicens nihil hoc animabus nocere, si modo non haberentur su-  
perba vel superflua. Medium modis omnibus commendabat, quem  
tamen sibi negabat in beneficiis corporis, corpori nō parcendo, serua-  
uit tamen in ceteris, à nulla plus, quam posset exigendo. Mundicias,

ut prædictum est, amauit cum paupertate, atq; vt honesto satis faceret, noluit videri pauper, sed esse. Secundum ergo palearum pro plumis sub se habuit, qui tectus linteamine pompa ostenderet, & pretium non haberet. Sed quæ cura? Curauit magna præparatione cor suum domino, querens in lectulo suo, quem dilexit anima eius, sed non inueniens, surrexit & circuuit ciuitatem, querens dilectum; ciuitate dico illâ, quæ sursum est Ierusalem, quæ est mater nostra. O quoties inuenierunt eam vigiles, qui custodiunt ciuitatem, quos sciscitata est, num quem diligit anima mea vidisti? Pertransiuit & illos, & inuenit quem diligit anima sua. Ipsius habuit socium, sociam se parauit illi, & adhaerens illi unus spiritus fuit. Quid dico fuit? Est potius amans tunc in spe, sed non in re; tunc in desiderio animæ, nunc saturitate, non quæ fastidii generat, sed dilectioni diligendi perpetuat. Dixit autem cum Isaia dominus, immò sponso. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritus meus in præcordiis meis de mane vigilabo ad te. Ita dormiuit, vt diceret: Ego dormio, & cor meum vigilat. Sic illa cum sponso suo vigilauit, vt in palea dormiens palatum cœli somnaret; sed & somnum crederet, & paleam reputaret omne quod mundus iste suspicere. Vnde & letibus lauabat lectum suum, & lacrimis stratum suum rigabat. Vigilias communes anteuenire consuevit, vt principes illos, angelos dico, qui coniungi psallentibus solent, & non præueniunt, inueniret tamen ipsa prima in medio iuicularum tympanistarum.

*Quod honorem fugiens non effugie. XIV.*

**O**pera hæc lucis in lucem venerunt, tegi non poterant, sicut nec ciuitas super montem posita. Habuerunt amatores omnes rectos corde & laudatores omnes transeuntes per viam, vt & fama virtutis eius peruolaret terram, & perueniret ad curiam. Miram visum de persona, quia nobilis, quia pulchra, quia iuuencta, & ea fama gratior, quo iunior, quo acceptior feminæ: solet enim carnis nobilitas signobilitatem mentis plerisque generare, & eo licentius pœccant, quo se reprehendi, vel redargui tardius putant. Ceterum hoc non in publico, sed in angulis, quis non vituperet, quis non iudicet, quis non cōdemnet? Vbi duo vel tres congregati fuerint, in medio eorum est, cum duobus tertia, cum tribus quarta. Hoc est pars nobilium ignobiliter agetur. sed aliter Maechildis, quæ hominum laudes cum fugeret, non effugit, iuxta illud Hieronymi: Gloria virtutes quasi umbra sequitur, & appetito-

tiores sui deferens, appetit contemnentes. Hæc sancti viri sententia probata in Mathilde nostra, quæ quanto plus sprevit honorari, tanto magis honorata est, & eo celsior apud Dominum, quo humilior in oculis suis, & despœcta penes judicium suum. Veram probavit dominicam & Euangelicam vocem: Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & quis humiliat, exaltabitur. Exaltationem humiliiter experiendo dicunt in se, humilationem se exaltantis in aliis vident, videbō perficit, & manus suas lauit in sanguine peccatoris, lauit & peccantem fletu compassionis, lacrimis compunctionis, suspiriis pueris.

## Quæ compunctionis fuerit. XV.

**T**antè quippe compunctionis fuit, ut nullius dolorem præteriret, nullius casum vel infortunium dissimularet; sed mox ut cōperisset, prorupit in lacrymas. Ad orationem configuit, & quod factum est, Dei clementia flendo commisit. Hinc multis subuentum est, ipsa orante, ut cederent dolores, minuerentur angustia, rediret salus, siue corporis, siue animæ. Inde nomen illi sanctitatis amplificatum est, ut colerent illam, non ut exulanten adhuc in terris, sed ut regnante jam in celis. Hoc illi. Sed illa de laude suppicata judicium, defauore arbitrata supplicium, voluebat apud se illud Propheticum: Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & semitam gressuum tuorum dissipant. Ecce elongavit fugiens, & mansit in solitudine, persistens in fletibus, & exitus aquarum David, diuisionesque, a quarum Ieremia deduxerunt oculi eius. Si afflictam videret Ecclesiā, exitus aquarum diffudit in lacrymas, omnium miseriū miserando cōpatiēs; si tageret afflictio singulos, diuisiones aquarū fecit lacrimando per singulos. Si peccasset quis, flebat pro eo; si tētaretur frater aut soror, flere non desistit; donec cessaret stimulus, & anima eriperetur à laqueo. Cibauit se pane lacrymarum, & potum accepit in lacrymis in mensura; vnguentum faciens sibi de angustiis pauperum, de inopiis egenorum, de orbitate viduarum, de oppressorum suspitionis, de orphanorum atq; pupillorum miseriis, de captiolorum exiliis, aut catenis, de peregrinantium vel nauigantium periculis vel naufragiis; ad ultimum de omnibus in omni tribulatione constitutis. Hoc, inquam, vnguento venit cum illis mulieribus Euangelicis vngere Iesum; sed illo non inuenito, quia resurrexerat iam in gloria, ista vnguento non perdidit; sed expendit in corpus eius, quod est Ecclesia.

C. 3

Mar. 16.

Ecclesia

E/a. 3.

Ps. 14.

P/ 118.

Thren. 12.

22  
clesia. Vnxit omnes, vt dictum est, afflitos vunctione misericordia, cōpassionis adipe, oleo benignitatis, vnguento clementia. Ad hoc lacrimas fudit, vt in iis subueniret, & ipsa laudaretur non ab homine, sed ab eo, qui intuetur cor. Sulcepit enim auris sua venas susurr eius, & quasi vocem auræ lenis audiuit sponsi ad eloquentis in Canticis: Meliora sunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis. Et alia ciuiusmodi vnguenta parare confueuerat, vnum quod Domino Maria Magdalena super pedes funderet lacrimando pro peccatis. Aliud quod super caput gratias agendo pro beneficio. Sed melius priore istud. Nec illud despiciatur: quia sacrificium est spiritus contrubatus; hoc tamen placet & placat magis, cum sit sacrificium laudis. Tertium quod est optimum, compassionem proximi, beneficium indigentis, utriq; præponderans, ab vtroq; non discrepans, Mathildis nostra tam actu, quam affectu præstulit; sciens illa facere, & istud non omittere. Vnde placens Deo facta dilecta dilecta, exaudita est, p sua reverentia, quæ nihil asperum vlli exhibuit, cum esset grauis quidem & matura, sed omni dulcedine & suavitate permixta.

*Quantum fleuerit pro uno otioso verbo, & quod non risit. XVI.*

**D**icere me cogit historia, quod vtiq; per me non dicerem, nisi diciti testem, & dicendi instigatricem, matronam nobilem tam generem, quam veritate habuisssem. Sed quid dubito? Quid impossibile Deo? Nunquam visa est ridere, nec audita verbū inutile dicere. Finis tamen vitae cum risu fuit illi, quod in sequentibus dico, dum illò pervenero. Ceterum de verbo inutili redarguit seipsum; redarguit le ppter morem conscientia. Quod ita gestum est. Una sororum stetit coram illa, portans quiddam in manibus. Cecidit quod portauit in terram, & Abbatisa subiuxit verbum vulgo tritum: CALCA DESUPER. Quod vt dixit, prorupit in lacrimas flens, & cialans, ac si Romanas effregisset Ecclesiás. Multis diebus super hoc afflictus se jecunis & vigilis, adiiciens dies pœnitentia. Quid ad hæc nos dicimus, loquentes contra interdictū? acerantes colloquio proximū? sagittantes in occultis immaculatū? excuentes linguis nostras, vt gladiū? Audierat illa in Euāgeliō: Omne verbum otiosum, & locuti fuerint hosce reddēt de eo rationē in die judicii. Audierat, & præuenit diem judicii citius, & feliciter ipsa Iudex sui. Audierat à sapiente, Melior est ira risus, per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquētis. Irata est sibi, ceterum

**mit S. Joh.  
seu drauf.**

**Psi. 63.**

**Mat. 12.**

**Ecccl. 7.**

terum aliius nunquam visa est irasci. At quomodo, inquit, emendauit  
excessus? An nemo ibi peccauit? sed erant omnes quasi Angeli Dei in  
celo? Peccantes non arguere peccatum est, & maximū dicente Dño ad  
Heli: Quia nouerat indignè agere filios suos, & non arguit eos, idcir-  
co, inquit, Iurauit Heli, ut non expietur iniqtitas domus eius viicti-  
mis & munieribus vsq; in æternū. Cauit hoc Matildis cotripiēs, sed  
in misericordia increpās, & cū modestia, vt ipsa, quæ peccauerat, non  
iram deputaret, cūm puniretur; sed iustitiā. Ceterum resistere illi ne-  
mo auderet, nemo tentaret; tanta fuit grauitas judicantis, vt lux vul-  
tus eius non caderet super terram, sed quasi tonantis de celo audiret  
sententiam. siquidem cum Ecclesiaſte riſum deputauit errorem, &  
gaudio dixit: Quid fruſtra deciperis? Quia cum lob dum ſederet cir-  
cumſpta ſororum exercitu, erat tamē mōrentiū consolatrix, in ju-  
dicando iuſta, in conſolando benigna, in actu ſeuera, & cum Apoſto  
lo omnia omnibus. In multis erat ſecundum Salomonem quaſi in-  
ſcia, nihil tamē negligens, quia timorata, ſciēs mutare quodlibet, ſed  
ipsa non mutari. Et cū Anna vultus eius non ſunt amplius in diuerna  
mutati. Habes ō lector in hac femina multa virtutis insignia, q̄ ſi re-  
texas, inuenies ab infantia ſanctitatis exempla, & à prima hora diei la-  
borante in vinea, nō cauſantē de pretio, ſed pretiū ſibi nō aliud dele-  
giſſe, quam dñi gratia. Habes ſanctitatem probatam, factis ſanctifi-  
cata, meritis quaſitatis ſed nec dū laboribus manifesta virtute virtutū  
signis. Nec iſta viuenti defuerunt, multo magis defunctæ nō defūt.

*Curiam adiens, ex aqua ter vinum bibit. XVII.*

**C**ausa extitit, vt & vocata palatiū adiret, uirtutis monasterii ſic ex-  
egit. damnum maximū ſi non iſſet. Per alios voluit agi negotiū.  
FRIDERICVS tunc Imperator quaſiuit Abbatissam, ius ipſum id poſ-  
ſere ut veniret, & finiretur res per ipſam. Veniat, inquit, cognata mea  
Ratisbonam; Soleñis res eſt, nec aliter, quam ſolenniter agenda corā  
Principibus & curia. Iuit, licet inuita, comitatum habens nomini  
ſuo congruentem, & maiorem quam velle; enī ſolitudo amabilior,  
quam palatiū. Videres alteram Iudith post tot jejunia, nō pallorem  
vultus oſtēdere, ſed oīn oculis apparere gratiosam: & niſi p̄bata vir-  
tus corriperet inſipientem, inſipieſ non deeflet, q̄ putaret ē vacaffe  
delitius potius, quam laborafe jejunii. Probatum eſt ibi, qd egerit  
dom, quod verē habuerit jejunia pro delitius; & hinc vultus eius, pre-  
crapula ſpiritus, ſimilior ſpecie roſarū, quam cineris, reſpūt̄ cū Danie-  
le,

1. Reg. 2.

Iob. 19.

Ecc. 7.

Iob. 29.

1 Cor. 9.

1. Reg. 1.

Mat. 10.

AJSJJ

DM. 14.

SIV

27

Dan. I.

le, & sociis eius, cibos regios, & eſu contenta leguminis. Taliſ aſtit Imperatori videnti pulchritudinem, nec ignoranti virtutem, & deſerenti ſancte plus ob ſanctitatem, quā propter genus & ſanguinem. Latabatur quā maximē, talem ſe habere conſortem generis; mirabatur ſanctissimam de non sanctis, & quas iroſam proceſſiſe de ſpinis. Hoc prædicauit de ea, & viſa gauiſus eſt ea. ſed & libentius auditā, cauſas, pro quibus veneſat, fecit & perfecit omnes pro ea. Ventum eſt ad menſam: coena familiæ; prandium. Abbatiffa vefperī parabatur: carnes ceteris; Abbatiffa poſitus eſt cibus Daniclis. Ipo cum carteris in diſſenteri viſu & olfactu percepit omnia; ſed ab omnibus gulfu diuifa, non habuit in gulfu niſi legumina. Pincerna eius miles erat, maturus ipſe, ſciens quid Deo, quid ſeculo deberet; nec præteriens, quod domine voluntatem agnoſceret. Primo nitus fontem clam haſtum ſolenriter cum ſociis procedens, detulit Abbatiffa. Nam aliis omnibus ad omnē copiam vinum propinabatur. Et illa gulfans, ſe deceptam, vel contemptam præter ſolitum mirabatur. fons enim non fonte, ſed viñum optimū ſapiebat, quo protinus abſtinēs, pincerna modellitus iñuebat, inobedientia arguebat, auferre viñum, & afferre fonte, clanculo faciebat. Miſit ille pediſequum ſuſ, haſtit fontem, tulit in domum. Propinat denuo, bibit Abbatiffa viñum ex fonte; pincernam increpat de obſtinatione. Iurat ille, ſeruum aquam haſtientem ſe vidiffe, 'nec præterquā hauerat, ſe obtuliffe. Tunc illa, Bibe, inquit, & teipſum redargue. Bibit alter Archiriclin⁹; faetus eſt laudator viñi huius. Nihil, inquiens, huic BAVVARIA ſimile genuit, nihil Austria protulit, nihil Francia vel Alſatia miſit, nihil Cyprus aut Gracia huic comparandum dedit. Laudantem compeſcuit Abbatiffa, fontem tertio poſcīt. Currit ille, haſtit per ſe, & afferit. Afferit ſe haufiſſe, gulfatum noſuit aliud eſſe, quā viñum, & Abbatiffa voluſet occultum eſſe, ſed rei magnitudo latere non valens, venit in publicum.

Canal.

Vides quā dilectam habuit Dominus, quā omnibus ſuis abundantibus viño, ſolam noſuit aquam bibere. Sed de botto Cypri, quod ipſe fuit, viñum maniſtravit ei, vt dilecta dilecti tali gratuletur conuiuio, & coram principibus, quos latere non poterat, glorificaretur miraculo. At ipſi honoris impatiens, ſuppreſſit, & ſupprimi optauit verbum; ſed exemplo Domini quo magis tegitur, eſt detectū. Fugit ergo de Curia, noleſ grauari rumiſculo, ſed odorē reliquit poſt ſe, dignū Deo, qui contēptum delitiis, facies amore ſeūio, honorem

norem Deo, aspernationem seculo. Hoc initium signorū habuit, cū  
Domino Iesu domina Mæthildis, utrobiq; vt credo, commanente  
& monente Maria, Vinum non habent. Idemq; fecit hic vinum ex *Ioan. 2.*  
aqua pro vna quam dilexit, qui pro multis ibi, quos diligentes & cre-  
dentes effectit. Ipsa nihil sibi super hoc laudis vel honoris occulte vel  
publice vēdicans, manus suas excusit, iñunem se dicens facti huius;  
Dominum esse factorem omnium, nihil propter se vel à se, sed prop-  
ter alios, si quid noui accedit, factum. Sic remisit virtutem ad domi-  
num virtutum, sicut ad mare fontes & flumina recurrent, vbi ori-  
go est omnium. Siquidem omnia flumina intrant mare, & mare non  
redundat, & Mæthildis ad locū unde exierat, miraculū reuerti fecit,  
viterū fuit, fuit, inquam, & non deficiat iteratum.

## De Demoniaca curata. XVIII.

A Dicit adhuc Dominus facere cum ea, & facti sunt latentes ha-  
bitantes sub ea. Filia cuiusdam carnis erat, dæmonium habens,  
cui locū pater impetraverat in Monasterio præbendaria, non soro-  
ris, sed à sororibus sequestratū, & hoc prece, non pretio factū. *Gen. 17.*  
hoc dæmonis pessimum, & simile illi de Euangilio, quod in nullo exi-  
ret nisi in oratiōe & jejunio. Vnde nec illud discipuli, nec istud foro-  
res potuerunt efficere, cum frequenter orassent pro ea, sed adhuc ni-  
hilominus dæmon erat cū ea. Erat in ea videre miseriam, nudam dis-  
curre, implere clamoribus omnia, spiritu exagitāte discerpere sei-  
plam, querere locum precipitādi se, vel in igne, vel aqua, horreda vi-  
su & auditu comittere dæmon ut eā perderet. Grauis omnibus, om-  
nī vicerat gratuitate, vt ne dicam seruire infirmā, sed nec videre, ant  
audire illā jam esset facile. Sensit hic Mæthildis operandū, & reuelatē  
sibi spiritu, animata spe atq; fiducia, aggreditur dæmonē, oratione  
præmissa jubet, vt exeat, reclamāti, ac si flagris caderetur, ne vitra ibi  
sit, imperat. Fremit dæmon, dentibus stridet, & multū discerpēt eam  
Domino Iesu adiuante sponsam suā, exiuit, ostendēs discrptione  
ipsa, qualis & quātus fuerit in malitia. Sanata est puella, tefsi ipsa vir-  
tutis Abbatissā, seruēsq; dū viuere. Deo vita Sanctitatis & Iustitiae.  
Volebat & hoc Abbatissā esse celatum, sed clamauit miraculum. Ipsa  
hoc dicente, quia idem est Iesus Dominus in ecclis, qui fuerat in ter-  
ris ad operandū, & idem inuisibilis facit, quod visus exhibuit.  
Hinc factum est, vt frequentaretur à multis, frequenta signa ficeret  
& multa, quae sic obumbravit, vt benedictionibus verborū ascribe-

D

ret,

MJSJ  
M. 14  
S IV  
27

26  
ret, sibiq; de virtute virtutis nihil arrogaret. Sed non latuit meritū operatis in opere, & de fructibus suis nō cognoverūt eā, referentes ab ea salatē, & auxiliū amē de tribulatione, reddentes D̄o pro ea honorē, cu n gratiarū actione. Illa quē curata fuerat, quod p̄nē omiserā, et iam muta erat; sed D̄o curante, & M̄thilde orante, dæmonem perdidit, & loquela recepit; Conterens de cætero Sathanam sub pedibus suis, & ore facundo pronuncians laudem Domini Salvatoris, imitansq; & magnificā vitam S. M̄thildis. Viderūt sorores se nō deceptas, sed habere fructū suum in sanctificationem, finem v̄rō vitā æternā. Cuius jam spiritus maxima n̄ prægustasent in centupo, quod eis dederat Deus pro contēptū s̄eculi, & imitatione Iesu Christi. Totis ergō viribus anhelabant ad superna, cupientes dissolui, & esse cum Christo: hoc enim multo melius: & currabant omnes desiderio, seruebant studio, nitebantur affectu. Currentib; omnes; Sed M̄thildis prececurrit citius cæteris; sed non introiuit p̄x cæteris, multis ipsa p̄mittens ad thalamū sponsi, à quibus maluisset inueniri, quām præueniri, præuenta in benedictionibus dulcedinis, vt gestaret exire de corpore, & Christo præsens esse. Mundū vidit in maligno postū, vidit, inquam, non tantū in locutione, sed magis in actione; vidit vanitatem cunctā sub sole, & contendit animo supra sole. O, inquit, quando veniam & apparebo ante faciem Dei mei? Quādo absorbebitur hoc quod mortale est à vita, & corruptibile hoc induerit incorruptelam? Quis me liberabit de corpore mortis huius? Et responsum accepit à spiritu, responsum Apostolicum lēatum & jocundū: Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Voces istae cordis eius auditæ & exauditæ sunt in cœlo, introierunt in sancta & misericordia est ei auxilium de sancto.

*Quod obitum præcīnūt suū, & in Dyeczen rediit. XVIII.*

**S**Ciens ergō se in breui morituram, simile quid Patriarcha Joseph faciens, qui filii mandauit de offib; suis transferendis, Dyeczen se oblatam & despontatā Christo memorauit, & illic cum sororibus suis sepulchrum optauit. Conuocatisq; sororibus suis, indicat dissolutionē sui corporis imminere, Dyeczen le oportere redire, valde infirmā esse dicēs; ibi aut cito mori, aut in breui cōualecere, Assenserūt vitam eius exinde sperantes, simul etiā nullā in ea mortis signa videntes. Iuit non dubia le morituran, vel potius transituram de morte ad vitam, quę vita sunt mandans feruare sororibus, maximē quę dīdicissent & vidissent verbo & exēplo ipsius. Munda, inquit, sum à sanguine omnī vestrū: non in subterfugi, quo minus annunciarūt vobis omne consilium Dei. Vado à vobis, vtrum reuertar, incertū, certū autem quod redat D̄ns vnicuiq; secundū laborem suū.

*Rom. 6.*

L

*r. Ioan. 5.*

*P. 14.*

*r. Cor. 15.*

*Rom. 71*

*Act. 20.*

*Apoc. 20.*

Et exosculans omnes, Dcoq; commendans, abiit Dyezen. Triste suscepta est, quia infirma, sed omni cura & humanitate procurata, non ut hospita, sed ut mater charissima, & ut loci domina. Dolor creuit, sed die & nocte non aliud corde versabat & ore sponsa Dei, nisi laude Dei. Sic vitula, ut in bonam partem interpretetur, docta diligere tritum, aliud facere neficiens in tempore infirmitatis, ostendit commiserationem suam. In vigiliis, in ieiuniis sum tenuit suum, nisi tantum, quantum potuit exorari, ut reficeret paululum. Conuocat sorores, & caruim faciens, spiritus virtute salutat oes, dulci alloquio, dicinde affatur hoc sermonis exordio. Desiderio desiderauit hoc Pascha māduca revobiscū, verē Pascha mihi, quia latum, jocundū, quia semper optatum Pascha inquam, id est, transitū. En ego dulcissimae viam vniuerſe carnis ingredior, ja ad Patres meos colligor, ego & cū Adam cinis in circarem redco. Hoc indeclinabile, hoc fugiūt oes, & nemo effugere valeret. Nihil mihi cōfici sū, sed q̄ judicat me, Dns est; misericordia q̄ dem & misericors & iulf. Si decreuerit salvare me, cōtinuo liberabor. In labore alpiciat, nihil subterfugi, quo nō studierim placere illi. In oībus laborauit, nō a. ego, sed gratia Dei mecum. Illi? adiutorio bonū certamen certauit, cursu cōsumauit, fidē seruauit, nec dubito q̄ mihi sū pēst corona justitiae, quā reddet mihi Dns, q̄ corō, q̄ finis & merces pugnacō fiducie dñia momētaneū, & leue hoc tribulatiōis nostra, q̄ supra modū in sublime aeternū gloria pōd opatur in nobis, cōcōplātibus nobis nō ea q̄ videtur, sed q̄ nō videtur, quā enim videntur temporalia sunt, quantum artē non videntur aeterna. Et tēporalia q̄ dem blanda cōtēph, aduersa nō timui, & fine vtrūq; nūc habeo in redditione jocūdūtatis, in plenitudine gloriae, in aeternitate lēxitū. potuerā illā viā latā & spatioſā ducētē ad mortē cū moralibus ambulasse; nūc efficiens voluntatū, sed tornētorū initū, de quib⁹ nō euadere, sed cadere p. 113.

Mat. 7,

P. 113.

Ioa. 13,

L. 16,

Esa. 35, &amp; 51

rim iudicium D[omi]ni, supplicium eternum, gehennę penā, ignem inextinguibilem, vermē immortalem, vincula manuum ac pedum, tormenta parata peccatoribus, & malleos jugiter percutientes impiorū corporibus. Euasi per Dei gratiam os leonis, manū canis, facies diras tortorum, morte ipsam, Sathan & diabolū. Procul à me erit Behemoth, ille Leviathan, serpens antiquus, draco tortuosus, aspis & basiliscus, aper de sylua, & singularis ferus, idem ipse multis & diuersis nominibus appellatur, quibus magna & mille artifex significatur malitia eius. Hunc mihi vicisse in Christo, quanta sit gratia, gloria immensa.

Iob. 40.

P[ro]p[ter]a 7.9.

Apoc. 21.6.

Apoc. 4.

Luc. 16.

Esa. 65.

Tob. 13.

1. Cor. 4.

1. Cor. 11.

de hostis magnitudine vos penfate. Et ecce apertus est mihi paradi-  
sus, janua coeli patet, & Ierusalem illa cœlestis, qua fundata est in Sa-  
phyris, cuius propugnacula Iaspis, gemmis adficiuntur turres eius, &  
omnis lapis pretiosus struatur murorum eius. Plateæ Ierusalem  
strenuerat auro mundo, & per omnes vicos eius Alleluia cantatur,  
& Virginum chorus illic canticum nouum cantans, agnū quoque;  
ierit sequitur. His ego coniungor nā lētantium & cantantū, in ple-  
nitudine gaudii, in laturitate coniuuii, cuius micas & minutias cum  
canibus sub mensa dominorum colligere solebam & edere: Siquidē  
plenitudo gaudiorū est in coeli, & inde sententia illæ scripturarum,  
quibus consolamur in terris. Inde vox illa, vox plena gaudi: Ecce e-  
go creo coelos nouos, & terram nouam, & non erunt in memoria  
priora, neq[ue] ascēdant super cor, & gaudebitis & exultabitis in his, quæ  
ego creo: quia ego creo Ierusalem in exultationem, & populu eius in  
gaudiū, & exultabo in Ierusalem, & gaudebo in populo meo. & non  
erit in eo ultra vox fletus, & vox clāoris. Eia dilectissimæ festinare in-  
gredi in ciuitatē illā. & ô me beatā, si fuerint reliquæ seminis mei in  
ea; vos dico semē non carnis, sed cordi mei, q[uod] p[ro] Euangeliū ego vos  
genui.

*Quod ad Charitatis donū sorores admonuis. XX.*

**I**Re illuc, diligere est, nam nisi per charitatem non intratur in eam,  
nec aliud gaudium, quam charitas est in ea. Hoc mihi dicere notū,  
vobis autem necessarium; quia necesse est in hac parte vos emēdare,  
ut maiorem operā detis charitati seruandæ. Pulsatis vos, & fatigatis  
inuicem iniurias, iras diu tenetis, pro nihilo litigatis, & defescuta tra-  
bem, de ira odium vobis facitis. Laudo vos, in hoc non laudo. Lau-  
do vos, quod estis alacres ad diuinum officium, quod prompti ad  
jejunandum, quod veloces ad vigilias, quod parata ad obedientiam,  
castæ ad continentiam, vigiles ad omne bonum; nō laudo, quod cō-  
tentiones inter vos habetis & zelū. Quid est Deum laudare, & virtu-  
perare

perare proximū? Fons ex eodē foramine nō emanat dulcē & amaram aquā, vt ait Iacobus. nec Deus accipit laudem sui cum vituperio próximi. Quid valet ieiunium cibi, quem Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & comedere carnem fororis aut fratis calumniis aut detractionibus? Quid vigilā profundit, in quibus ore cantatur Deo, & corde cogitat malum forori, vel mali talio. Quid vtile habet obedientia hominis cum contemptu conditoris? Quid confort continere carnem à luxuria, & non continere cor ab inuidia, lingua à contumelia? Et de his quidē, quæ bona sunt, laudo vos, sed non laudo, q̄ inuidiz & cōtentiones inter vos sunt. Virgines effisi; non vald̄ gloriemini; fuerant & illæ, quæ reprobatae sunt, quæ oleum charitatis in vasis suis non habuerunt, quibus pulsantibus dictum est: Nescio vos. Sed absit, vt hoc dicatur ad vos. Auertite à vobis, charissime, illam scilicet Hieronymi sententiam: Pessimum virus inuidia vi- pere femini comparatur, mente interficit matrem suam. Hoc est solū, quod timeo vobis; hoc vltimum moneo emendare, & spero certissime, vos saluari, nec foris cum fatuis virginibus remanere, sed cum prudentibus intus ad sponsum intrare. Cum gratiarum actione admonitio suscepta est, emendatio promissa, & in omnibus, quæ habue- rint aduersum se aliquid, confessum exhibita. Vocat ad se omnes, si- gillatum exosculatur, Deoq; commendans, requiescit exiguum.

Quod Decima totius substantia patris eius in Dyezen, data  
sc̄ Ecclesia sancte Mariae Virginis in  
Dyezen. XXI.

Dolor creuit in dies, non aliud corde versabat, & ore sponsa Dei, nisi laudem Dei; & vt Dei famulos & famulas, fratres, & sorores, cuius in Dyezen Deo famulantes, sicut viua, sic & mortua, sicut & verbo, sic exemplo, sic & aliquo reficeret stupendio, conuertens se ad pa- rentes beata Mathildis patrem suum BE RTHOLDVM, & matrem suam SOPHIA M., coram omnibus leni voce sic alloquitur: O pater, memor ero, quod me iuuēculam destinasti in hanc Ecclesiam, in qua sancti spiritus, me gubernante gratia ita profeci, quod quamuis indi- gne, tamen magisterii nomen effugere non potui. Deinde in ORTY- LISTETEN, sicut ipse nosti, nomine Abbatisq; usque nunc florui. Constat ergo paternitati tuę, quod in seculari habitu vitam honestam duxisse potuisse tecum, si Deo hęc mea vita contemplativa plus quam actiua non placuisse. Patet sancte omnibus intelligentibus

D 3 in

*Matth. 13:  
S. Hieron.*

MJSJ  
n. 13

SIV  
27

in Oetilinstette, magis delicate quām in sēculo vixisse, si voluisse; quia quām plures libertatis socias ibidem habuisse. Nunc ergo quia in Dyezen fui iuencula & magistra, dignum aestimo, vt ego ancilla & filia tua tecum hic merear sepeliri. Num pater mi, si me desponsaf-  
ses viro mortali, nonne illi partem substantiæ tuæ nomine dotes me-  
cum tribuisses, & ifdem deinceps non solum pro genere, immò pro  
hærede totius tuæ substantiæ se gesisset? Verum quia Rex regum, &  
dominus dominantium Iesu Christus me filiam tuam sibi elegit spō-  
sam, & nunquam tam dulci sposo meo, creatori, redemptori, ac sal-  
uatori tuo pro me, & pro anima tua, aliqua sponsalia dare deliberaisti.  
Cognosce igitur pater pie, quod Ecclesia D Y E Z E N , à te & profapia  
mea fundata, in qua thalamus materialis mihi est à Deo præordinata,  
sita est in loco nemoroſo, \* aquoſo & in fructuoso. Da ergo, pater  
charissime, sposo meo immortali, non de tuis, fed de suis, quæ ſibi in  
prima totius mundi elegit constitutione, da, inquam, quæſo, mihi, &  
tām iuste congrueque perenti sposo, nomine ſponſalium, decimam  
ſubstantiæ tuæ, quam habere dinoceris circa I S A R A M , in confinio  
D I E N G E N . Pater verò eiusdem ſponsæ Christi præcordialis filiæ  
ſiuæ, intellecta petitione, communicato parentum ſuorum conſilio,  
gaudenter & affectuose ipſi adimplens petitionem, dixit: O ſilia mihi  
pra omni cognitione tua dilectissima, decimam totius ſubſtantia meæ  
circa I S E R A M in confinio D I E N G E N , ob amore tu, huic Eccle-  
ſiæ ſanctæ Mariæ in D Y E Z E N confero, ſub testimonio omnium  
circumfantium, ſuper hoc altare ſanctæ Mariæ matris & virginis I R-  
S V Christi delego. Ad quod ſponsa Christi beata Mæthildis dixit voce  
gratulabunda: O pater mi, iam congaudeo tibi, quia mea per omnia  
ſatisfecisti petitioni. Conuertens ergo ſe beata Mæthildis ad Præpoſi-  
tum H A R T W I C V M , & ad conuentum fratrum, & ſororum, flexis  
in terra genibus, erectisq; manibus, cum lacrimis rogabat Deum, di-  
cens: Domine I E S V Christe, ſuscipe iam tibi collatum munus, & con-  
ſerua famulis & famulabus tuis, hic tibi deuotè famulatibus, ad uſum  
proſuturum. Post hæc ſubiunxit pater eius, dicens: O dulcis, Deoque  
dilecta

quod per ſonitum aque ibi decurrenti, nomen accepit, monasterium S. Georgii martyru-  
construxit, ibi Canonicos Regulares, ordinu B. Auguſtini coadunauit. Hoc poſte aper A-  
polophum Ducem Bavariæ, & Comitem Palatinum, perdiſionis filium, penitus eſt deſtructus,  
& ab inhabitatione hominum per multa temporum curricula deſolatum permanuit, donec  
per alios Christi fidèles exiuit, restauratum, Hac Andream,

dilecta filia, mecum, precor, ora Deum, si quisquam, quod absit, meorum posteriorum donum iam per me datum impedit, attentauerit, ut idem hic condigna pena puniatur, & non in extremo iudicio cum Cain perpetuò crucietur. Hac finita prece, audita est vox in aere sanctorum spirituum respondentium, & cum dulcissima voce clamans, Amen.

*Quo euentu mirabilis semel carnes comederit, vinum biberit,  
& semel riserit. XXII.*

Vm beata Mathildis cognovit tempus, & horam adductionis decimæ de confinio Diengen, quæ nomine eius, Ecclesiæ sanctæ Mariae virginis in Dyezen est collata, accedens Präpositum Hartwicum, coram omnibus fratribus & sororibus, tali via est sermone, dicit: O in Christo pater & domine, iam gaudeo, quod dotem pro mea desponsationis te testimonio adduci video, quia sicut praesentis vita refectioni sentio, sic & aeternaliter in futuro in cœlesti patria refici confidenter spero. Post hanc cum fratres & sorores more solito, cymbalo sonante ad refectorium conuocarentur, Präpositus Hartwicus, reliquo ordine fratrum ad refectorium sororum properauit, beatam Mathildem his alloquens verbis, dixit: O in Christo filia, Deo & hominibus dilecta, quia parata sunt iam cibaria, quæ dulcissimo tuo interuentu nobis & successoribus ad refectionem corporum sunt collata. Decet itaque tuam piissimam denotionem hodie in charitate carne cibari, & vino potari, auctoritate eius, qui visibiliter coram te posuit aquam in vinum mutauit, moneo, peto, & in virtute sanctæ obedientiæ tibi principio, ut de omni cibo, quo hodie & deinceps nos & nostra successio reficiamur, quod eodem in instanti hora gaudenter reficiamur. Ad huius præcepti verba, ingemuit beata Mathildis, & tacitè arridens, dixit: O pater & dominus, risus dolore miscetur, & extrema gaudii luctus occupat. Nunc ergo quid faciam, ignoro, nisi hoc solum scio, quod nunquam inobediens volo inueniri. Ad hanc vocem omnes sorores, ad pedes eius prostratae, gratias immensas ei referabant, non tantum pro stipendiis, quo fruebantur, collatione, quantum de eius solemini refectione, cui omnes congratulabantur. Porro magistra ordinis, dante signo, ut sorores de mensa surgerent, & cum Psalmo, more solito, Ecclesiam peterent, beata Mathildis tremebunda cum sororibus concinens, vocem audiuit in aere dicentem: O beata Mathildis, scias te hodie non cum Esau reprobato, sed cum Elia in aera

(MJSJ  
27  
SIV  
27)

aera leuato esse cibatum. Huic voci auditum prebens, tacitè Deo gratias referebat. quod non audientes, sed intelligentes sorores, sciscitabantur, quid esset, quod intra se animaduceretur, & cum aliis non psalleret. ad hoc beata Mathildis cum Prophetæ respondit: Secretum meum mihi, secretum meum mihi. super tali eius responsione vniuerse admirantes sorores, quid facere possent, cogitabant. Cumq; multo inter se, vt dictum est, disceptarent, Magistra conuentus piarum sororum, dixit: Si est ad placitum vestrum, ne diu sic inter nos disceptemus, dominum Praepositum vocemus. Hoc auditio omnes dicebant: O domina magistra, placet nobis, quod dominum Praepositum vocetis, vt eius per auxilium, quid beata Mathildis fuerit secretum cognoscamus. Ad hæc verba est vocatus Praepositus Hartwicus, qui veniens inquirere coepit, quare vocatus esset, cui magistra pro omnibus, sicut decuit, sororibus respondit, dicens: O pater & dominus in Christo venerande, cum hodie more solito de mensa surgeremus, & Ecclesiam peteremus, domina & soror nostra beata Mathildis, qualdam habuit, sicut intellexeramus, cum sanctis spiritibus colloquiones; & dum pie inquirerem apud eam, quid esset, quod locuta fuisset, respedit: Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Super tali eius responsione pater & dominus in Christo, vos noueritis esse vocatum. His auditis Praepositus Hartwicus vocari ad se iussit beatam Mathildem, quæ cum vocata esset, dixit ad eam Praepositus Hartwicus: O filia Deo & hominibus dilecta, si me quereris, vt dominum, & vt patrem veneraris, dico tibi cum \*Zacharia Prophetæ: Si sum tibi pater, ubi est amor meus; si dominus, ubi timor meus? sub obtentu ergo paternamoris, & magisterij timoris, dic mihi, cur dilectis consororibus dixeris, cùm à te, quid ageres, sciscitarentur, & tu respodisti. Secretum meum mihi, secretum meum mihi? Ad hæc Mathildis respondit: Anima mea liquefacta est, ex quo tu pater amande, & dominus mihi semper timende, sic locutus es: & statim ad pedes Praepositus Hartwici prostertere se disponens, Praepositus Hartwicus recepta manu eius, pie eam eleuans, parumper seorsum eam ducens, didicit ab ei quod spiritus angelici dixerunt ei: O beata Mathildis, scias te hodi non cum Esau reprobato, sed cum Helia in aera leuato esse cibatum. Vix finito tali sermone, cum lacrymis, inquit Praepositus Hartwicus: O beata Mathildis Deo & hominibus dilecta, tu sis nunc & in æternum benedicta. Et sine memora præcepit, vt ambo conuentus fratrum & sororum cum deuotione psallerent ad laudem Dei, qui hodie mirabilia declarauit

\**Leg. Ma-*  
*lachia,*  
*Malach. 1.*

ravit in beata Mathilde hunc Psalmum: Benedicte omnia opera Domini. Enim in unum; cum iam cantatus esset ultimus versus huius Psalmi, pater beata Mathildis Comes PERTOLDVS astans foribus Ecclesie, iterato incipit eundem ultimum versum cum lacrimis iens: Benedictus es in firmamento celi, & laudabilis & gloriósus, & superexaltatus in saecula, qui in filia mea tanta facis virtutum mirabilia. Quo dicto a Preposito Harryto, & a beata Mathilde, & ab omnibus honorifice est receptus. super qua salutatione omnibus regnatis subiunxit, dicens: Audite precor, & intelligite, & quomodo veniam huc, mecum perpedite. Hac nocte circa pullorum cantus dum de filia mea ego, & mater eius colloqueremur, quædam vox insonuit auribus meis, dicens: O Comes PERTOLDVS surge, & ad filiam tuam propera. Et cum festinatione surgens, sicut cernitis, adueni. Nunc ergo a Preposite Harryvice, quid sit gestum, mihi narrate. Ad hanc Praepositus Harryvicus respondit, dicens: Audio & intelligo, quod Deus noluit vos ignorare mirabilia, que nuper in domina mea filia veatra, & De sponsa beata Mathilde sunt, ut ex parte cognovistis, & plenus cognoscetis, peracta: & confidentes, narravit ei lingua. Quibus auditis Comes PERTOLDVS, respondit, dicens: Deus qui hue venire me fecit ad tantam solemnitatem, illi sit mca deuotio nunc & in ævum oblata, sitque eterna perpes nunc & in perpetuum.

Vix Comes Bertholdus sermonem suum finierat, & beata Mathilde subinferens, dixit: Ego dormio, & cor meum vigilat. O quam dulcis sona voce Christi sponsa sui cordis protulit arcana, quia sicut omnium iuris est sponsarum, curam suorum gerere sponorum, sic multo decetius est vera Christi sponsam corde vigili recolere sponsi sui Iesu Christi amorem, quem in ea habuit, dum propter eam carnem induit, cum in cruce pendens, somnum cepit, & in somno mortis corporalis per aperturam sui lateris de fôte sui cordis sanguinem & aquam nobis proximauit. Illi amoris memor beata Mathildis, inquit: O in Christo pater & domine, venerabre Preposite Harryvice, ego misella precor, pudentia vestra dispensatione mihi detur, ut de decima per presentem patrem meum huic Ecclesiæ Dyzezz, nomine meo collata, pars tata qualitatis ad Oblatas instituantur, ut etiam omnibus adiacentibus Ecclesiæ largè & perpetum tribuantur. Gaudium etenim mihi generat, & salutem omnibus residuis eiusdem decima partibus frumentibus, si panis ille mysticus, q. de celo descendens in uterum virginis, & in cruce pendens, q. teste Osce Propheta, coctus est in cibano, ut nobis fieret cibilia. Ut ergo nos edem

Cant. A.

Offic. 7.  
Lxxvii.

E

dem

dem pane pariter reficiamur in regno ecolorum, id quod petui vestri,  
pater pie Hartwice Præposite, mihi præstet gratia, & confirmetur cō-  
lonsu omnium cōfratru & dominoru meorū hui? Ecclesiæ Canonoricu.  
Completa hac petitione omnes pari voce dicebant: O beata Mæ-  
thildis, quod iam petisti, hoc omnes consulimus, & fieri postulamus.  
Ad hæc pius caritatius Præpositus Hartwicus manu fratribus silen-  
tiū imponens, dixit: O beata Mæthildis Deo & hominibus dilecta,  
gratum eructasti verbum; quia omnium corda nostrorum excitasti ad  
tuum complénum desiderium. Ut igitur tui affectum desiderii ad op-  
eratum ducam effectum, in nomine patris, & filii, & spiritus sancti cō-  
stituo, & omnibus officialibus præcipio, vt singulis annis in tam su-  
perabundanti quantitate medulla frumenti de Decima in Diengen, &  
de confinio ibidem specialiter ad oblatas, sicut beata Mæthildis petiit,  
perenniter tribuatur; & sicut talutaris illa Eucharistia in eadem panis  
forma figurata, nulli penitentis simul & postulantis affectui est ne-  
ganda, ita etiam ipsa panis substânia nunquam cuiquâ denegetur. Cō-  
stat sanè omib[us] Christianissimâ fidei cultoribus per hæc saluberri-  
mam constitutionem, dotem desponsationis beatae Mæthildis in Eccle-  
sia Dyczen apud Deum & homines esse celeberrimè confirmatam.

*Quod oculum excussum subula restaurauit. XXII.*

**C**VM soror vna, cui visus erat scribendi membranam, dum ad lineas  
punctaret, subulam incaute trahens, oculum transfigit, pupillâ  
perforat, & continuò exiuit sanguis & aqua. Dolor elicit clamorem,  
concurrunt omnes ad fororem, geminatur molestia de languore de-  
sperabili matris, & de exacerbatione sororis. Siquidē vitilis erat, & dilecta  
omnibus; & hinc magis doletur dolor ei. Excitat matrē tumult' ille,  
vocatur & adducitur illa, cū aqua pupilla defluxerat, & adhuc sanguis  
riuatim fluebat. Nulla spes oculi rehabendi, nulla de cetero videndi;  
solus dolor, vt quiesceret, optatur dolenti. Iubetur accedere, adtractat  
oculū manus, & manus domini affuis fugans dolorem, reddēs sanita-  
tē, & luminis claritatē. Stetit sanguis, & sanitas persistit adeo, vt nun-  
quā clarius viderit, nec suavius habuerit. Hoc fecit in morte Mæthil-  
dis nostra, contestans se non mori, sed de morte transire ad vitam, &  
viuentibus consulens ad meliorem vitam.

*De exhortatione Præpositi Hartwici super**ogram. XXIV.*

**I**Nterim auditur foris Abbatissam infirmam, formari iam ad mor-  
tem.

tem. Praepositus Hartwicus accurrit exanimis, irruunt fratres cum fletu maximo & lamentis, fit super eam mugitus, & gemitus proprius cuique, & planctus in commune solennis. Sciebant quod per eam Dominus salutem dedisset domui, & sequentia praecedentibus raro similia. Tunc Praepositus Hartwicus exorsus est fari, Abbatissam consolans, & conuentum exhortans: Te quidem o mater video in defectu corporis maximo, non tamen adhuc de vita tua despero: potens est Dominus te reddere nobis in salutem domum, quae tota pendet in te, quam plangimus, quam lugemus. Scimus te Christum desiderare, quem diligis; salua sunt tibi premia meritorum, nec dilata minuentur. Nobis potius miserere, quos deseris. En quod in duobus locis Christo lucrata es tue sanctitatis exemplo, en fratres & sorores, quos per te Christus acquisivit, omnes ad coronam tuam pertinentes, & gemmarum instar in decoro tuo fulgentes. En omnes vicini odorantes de te odorem suavitatis in operibus tuis, quae compererunt in verbis, quae de te audierunt, sed & in disciplina morum tuorum quam viderunt, in his omnibus gloriam Christo acquisisti, nec est quod neget tibi orati. Oramus ergo ut petas vitam adiici tibi, necessariam nobis magis, quam tibi. Quis ultra te subtraeta, proteget nos orationibus, fouebit suafionibus, muniet consiliis, reuelabit auxiliis? Principes genus tuum sunt, omnes tui gratia gratu habuerunt locum, impenderunt beneficium, auerterunt omne contrarium, inclinaverunt ad nomen tuum. Te viuente pacem habuerunt nos, omnes tui fuerunt ex te honorati: nihil audebat maligni; ipsi qui oderunt pacem, tuis fuere pacifici. Optamus vitam tuam, sed si Christo magis placet, ut migres, vade secura, certa de corona gloriofa de victoria. Et vos, inquit, o sorores, ecce via quam currimus ad finem, hinc tendimus, ut vitam hanc morte terminemus. Atque utinam morte hac terminaremur, nos qui male vivimus, & non alia mors sequeretur immortalis, qua peccatrix anima in eternum moritur, & nunquam permoritur. Vixit enim semper recens ad supplicium, nec desertur ad terminum, consumimur, & non consumimamur, habens in eternum, quod dolcat desperans, & desperata quod euadat. Eia nunc sorores beatas vos dixerim, quas Dominus assumpit sibi, quas non ancillas, sed sponsas suas vult vocari; quia non a nobis vult timeri, sed diligi; vel si timerit, timore delectatur filiali, immo sponsali non servili. Cernitis ante vos Ducem vestram currentem, & cursum iam consummantem, & pulsantem ad ianuam colli; & ecce iam aperietur ei.

E 2

Felix

AJSJ  
m. 14.  
SIV  
27

*Sophon. 10.* Felix ipsa quam deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam Sanctorum, honestauit illam in laboribus, & compleuit labores illius, deducens eam auxilio, ostendens regnum, consilio dans illi scientiam, sapientia honestans in laboribus constantiam, complens labores perfeuerantia. & vos filii eadem virtute armamini, vestigia matris veltræ sectamini, vt cum ipsa currentes perueniatis ad brauium, & ipsius meritis perueniatis ad regna celorum, sponso ipius & veltro parante, qui viuit & regnat in iuxula seculorum, Amen.

¶ *Petr. 4.*

*Quomodo exitum eius Angeli vel dæmonis obseruabane. XXV.*

**E**xitum sancte sancti Angeli obseruabant, & dæmones obserabant, & sorores. Tum subito illa flere coepit amarissime; post fletum, quod ante nunquam visa est fecisse, risit cum laetitia magna; & sic tertio fletum iteravit, & risum, non impoimentis, vt sapere sit, sed optimè habens sensum. Nulli tamen indicavit, quare id esset factum. Super hoc coniectandi quique licentiam habeat. mihi non ut sapienti, videtur, causam fletus sui dæmones fuisse, quos sancta videt, mala eius numerantes & pensantes; angelos autem sanctos bona opera è contra numerando superantes; & ex hoc recte ridens exultauit, sicut desleuerat, dum malignos fore victores extinxerit. Ter vero ideò factum; quia tribus modis bonum vel malum committitur, cogitatione, locutione & opere, que singula iniuncti dæmones strinquent, vt primùm opera in trutina ponant, que si bonis præpondent, animam male operantem vindicant sibi; minoria si sunt bonis, fugiunt victi. Adhuc tamen de verbis causantur, que & ipsa deducunt ad libram; & his victi secundam exhibent fugam. Postremò ne ultima in cogitationem prætereant indiscutam, vbi si vincantur, ultra nihil iuris habent in animam. Sicut autem spiritus mali student rapere, ita boni conantur eripere animas, vt nihil malorum patiantur deduci ad medium, quod fuerit satisfactione deletum: tantumque exaggerant boni bona, quantum mali mala. Credo huic sancte de se vidisse istud datum, sed dicere non fuisse datum, vt ipsa letior,

quod securior de corpore exiret; & alium minus sanctum fletu-

suo sollicitum redderet, risu quoque fiduciā non negaret.

Quod

*Quod in morte gauisa est ad Visionem sancte  
Maria. XXVI.*

**Q**uod & ipsa perseverantia gaudii probauit. Nam ita leta jacuit postea, tanquam ad epulas inuitata, & cum Angelis coniuncta. Vedit enim sanctam Mariam dominam nostram, vidit & salutauit. Aue, inquietus, Maria, gratia plena, Dominus tecum, & in Benedicta tu, defecit, & risit, & magno tripudio exultauit. Obtulerunt ei forores imaginem sancte Mariæ: manu auertit illam, converens oculos ad visionem quam vedit in spiritu, quasi diceret, Ego saluto sanctam Mariam, non in imagine, sed in veritate. Et sicut ex Pro. 14. tremor gaudii stultorum luctus occupat, ita expectatio justorum latitia, & sicut mors peccatorum pessima, ita pretiosa in conspectu P. 33. Domini mors Sanctorum, in hac Sancta probatur. probauit defecit P. 135. dictum: Usque ad tempus sufficerebat patiens, & postea redditio Ecclesiæ. jocunditatis. Vidisles eam ad preceptum Iesu obmutuisse, nec verbum de ore eius exisse, circuuisse muros septem dies, & tunc clamasse, & clamore muros disiecisse, & morti mortem insultasse, nec mortis amara præ dulcedine vita sensisse. Risit tunc, ante non ridens, & videns impletam illam Baldad Sutis sententiam: Deus non proiicit simplicem, nec porrigit manum malignis, donec impleatur os tuum nisi, & labia tua jubilo. Euaserat omnem angustiam, vedit ad vitam se transferri, perfecta merito, certa de premio, vocatione Christi, & Angelorum conductu. Hæc illi causa risus, hæc materia jubilli; quæ potuisset in occulto fieri, nisi parasset illi Deus apud homines in benedictione memoriam, sicut apud se gloriam, ut & nos traheret ad similem viuendi formam.

*Chunrado gratias egit. XXVII.*

**N**ec dum tamen penitus defecrat, respirauit, & locuta est in gaudio, mirantibus cunctis, singulas quasq; consolando exhortans & confortans manus carum in Deo, & gratias singulis agens pro impenso seruicio. Vedit Chunradum nomine, fidelem & devotum sibi, qui de milite conuersus, & familia parentum eius nomine Monasterii fecit opus. quem alloquens, multa consolatione repleuit, instruens verbis salutaribus. Tu, inquit, milihi adiutor & minister fidelis in Domino, benè seruisti mecum in officio domus Dei. en ego cucurri ad terminum, & hodie percipio brauum: Su 2. Tim. 4.

E 3 perest

pereret mihi corona iustitiae, & requies aeterna vita: confide & tibi superesse, nec diu differri, quia tu mihi coronam magnam ex parte praeparaisti. Si quid oratione, meditatione, vel lectione profeci, tu me reddidisti expeditam, & tui laboris instantia, fuit requies mea: nunc erit merces tua cum mercede mea. Sta ergo nunc, & persta, quasi miles bonus, certa ut fidelis bonus athleta. Labor quidem est, sed brevis & modicus, ad futuram gloriam, qua nec modum habet, nec finem; quam ego nunc video, non tantum per fidem, sed certe per speciem. Video coronas nostras pro labore nostro reddendas, tantæ lucunditatis, tantæ gloriae, ut nullius sensus, nullius lingua tibi possit edicere. Persevera benefaciens, adiicis quotidie diutias tibi & gloriam in celo; sicut ille qui thesaurizat, nihil contemnit in lucro. Haec locuta est, & reincipiens a Dei laude non cessauit, quamdiu linguam mouere praevaluit.

*Quod inuicibiliter communicauit. XXVIII.*

*Exod. 12.  
Num. 9.*

*Jacobi 5.*

**S**ana frequentius communicauit, agnum comedens eum lactuca sagrestibus; quia nunquam sine lacrimis & amarissimis fletibus communicauit, & poculum sanguinis Christi cum fletu temperauit. Communicauerat, & in lecto doloris accipiens de consilio sancti Iacobi Apostoli, & Sacramentum uincionis sanctæ, atque in ea indulgentiam peccatorum. Istud ab hominibus inter homines viuens. Sed tam cum Angelis uictu, manibus communicauit angelicis. Ad fine deducta vocem ultra non habuit, gestu corporis presentiam macchiantis ostendit, inclinans reuerenter, hians ore competenter, glutiens gutture decenter, sed & gestu bibentis imitans, & inclinans frequenter. Hoc viso mirata sunt sorores, & qui aderant, sed miraculum exhibens, animam mox soluit, communicans communicatoribus sanctis in gaudio, & abiens cum eis ad rem Sacramenti de Sacramento, & de re huius ad vultum speciei.

Erat illuc videre miraculum, signa non mortis in mortuas, plenorem, sed vite viventi similior, vultu roseo, rosis martyrum admixtum ostendit spiritum suum; sed liliu candorem imitans corpus reliquum, virginibus sociam testabatur animam, tam spiritu quam carne incorruptam.

Gaudet nunc & letare Methildis, filia Syon, & non captiuia Babylonis, canta cum David canticum Domino in terra tua, quod plene non poteras in aliena. Dic, diripiisti vincula mea, tibi sacrificabo hosti-

*Psal. 115.*

hostiā laudis; eo quod effugeris de fornace ferrea Babylonis, & habites in luce cum filio lucis.

*Quod in transitu eius pius fuit fletus, sed magis pium  
gaudium omnium. XXIX.*

Celebrant exequias; ploratum ibi non est multum; nam lacrymas absorberat gloria. magis gaudebant de virtute manifesta; fletus si q; erant, erant per se cuic; ad ipsam nō pro ipsa. Corpus olim ieiunii attenuauit, accessu infirmitatis prorsus absumptum, nihil reliquit vermis deuorandum, sed super ossa cutis extensa hanc ab ea vocem Iob elicuit: Pelli meæ confumptis carnibus adhafit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Nonne & dissimilis erat illi, qui cucurrit aduersus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus est? Operuit faciem eius crassitudo, & de renibus eius aruina dependet. Nihil horum in Matilde: Spiritus eius rexerat artus, ad ferendum faciles, quò ipse vellet, nec velle ipfius aliud, quam vt de morte ad vitam transiret. Et factum est ita. Nihil exequis defuit gloria spiritualis, Psalmis, Hymnis, & canticis spiritualibus celebrantur, accensa luminaria plurima, sed vento vehementi & frequenti extincta. Fecit autem Deus miraculum, ut cum præ flatu ventorum homines stare non possent, candelæ incessanter arderent, & cùm iam extinctæ viderentur, arderent denudè inuisibiliter reaccensæ, & qui imperavit ventis & mari, voluit sponsam suam luce, quam semper dilexit, nec in morte priuare.

Iob 19.

Iob 15.

Matth. 8.

*De Chunrado quodam qui à graui Capitu dolore ibidem  
curatus. XXX.*

Voluit Deus ostendere, quod viueret, & post mortem signum dans in fratre, qui mortuus fuisset, nisi mortua subuenisset. Non men illi Chunradus, non ipse, quem proximo, sed homo liber, spiritali amore conueritus, ita infirmus capite, ut resonum mortis haberet quotidie, sed præcipue post fletus in morte Abbatissæ. quid ageret? Vno tantum gradu ipse mori; diuidebantur. Cœpit concepta fide audaciam, accedit ad mortuam, cogitans Euangelicæ mulieris exemplo. Quod si tetigero fimbriam vestimenti eius, saluus ero. Tetigit ipse Marc. 6. caput sanctæ, & suo capiti salutem acquisiuit, quod ad mortem ultra viq; non doluit, & se de cetero virtutis Abbatissæ testimoniū & præconem dedit.

Dicitur

117. 9.

**A**FFUIT de provincia plebis multitudo, exequias celebrantis, offerunt pro ea salutaris oblationem, & singuli ob sui memoriam, commendantes Sanctam Deo, & se Sancta commendantes coram Deo. Vicini aderant fletu ciuilantes, viduis & orphani damnis sua plorantes, ac si Dorcas iaceret praesens, & ostenderent Petro, quas illi tunicas fecisset & vestes. Affuerunt & infirmi sanati ab ea, confitentes illas, & illas infirmitates se easiisse per eam: sed per hoc celsus, ne Sancta grauaretur. Siquidem fuerat comminata, si properarent, quod in eadem mala reciderent. Hæminæ finem acceperunt in morte ipsius; illuc usque pactum fuit; postea quod vellent, dicere licuit. Processerunt plurimi tunc, qui dicenter, ille, se cæcum fuisse, & viduisse; ille, surdum & audiisse; ille paralyticum, & conualuisse; & alii atque alii diuersas & innumeras infirmitates per eam eualescere. Venerunt etiam infirmi ad exequias: plurimi sanati sunt, quorum numerum ideo non scribo, quia presentium negligentia non annotauit. Inuidia quoque si affuisset, pro euidenti miraculo celare non potuisset.

Sepulta est eum honore, posita in Dyczen, ante altare sancti Ioannis Baptiste, spiritu eius exultante in Domino, & corpore eius in testimonium illic posito, contra eos, qui agunt vitæ illius contraria.

**Rom. 6.**  
**Mar. 13.**  
**Apoc. 14.**

Age hunc Sancta Dei, cognosce figmentum nostrum, cognosce & tuum, & te nihil potuisse, præter auxilium divinum, idemque nobis impetra ad faciem dum bonum, & si tuum non possumus attingere meritum, ad gloriam eminentem, vel paenam possumus evitare per te, Deo coniunctam, in omnipotente nihil non potenter. Regnas cum Deo, da ut non regnet peccatum in mortali corpore nostro. & qui tibi contulit fructum centesimum cum virginibus, conferat nobis sexagesimum cum continentibus; immo vel tricesimum cum conjugatis sibi placentibus. Ornet te lumen in corona gloria, & fert exultationis; nobis fiat vel viola testis paenitentiae & humillationis. Tu sedeads cum sposo sponsa in throno regni, dormias in sinu eius, consors quietis, & socia thalami; nobis sufficiat eualescere supplicium, & in regno ecclorū vel ultimos fieri. Tu cum virginibus virgo sequaris agnum, quoconque erit, & cantes canticum nouum; nos vero per lamentationes propheticas decline-

declinemus illud ut tormentorum. Tu postremò sedeas cum Christo iudex viuorum & mortuorum; nos cum dextris assistamus in numero benedictorum, percepturi regnum tuis precibus, quod non possumus iustitia meritorum, ipso præstante, qui viuit & regnat per omnia sœcula sœculorum. Amen.

May, 19.

*Defunctæ crines abscissi contra tonitruum valent.* XXXII.

**A**d finem nimirum festino. Super etiū vīnum dicere, quod historia prohibet reticere. Consilio Pauli comam nutrirerat dicentis: Mulier si comam nutrit, gloria est illi. Quod audiens, & obediens, nequid mandatorum præterisse videretur, cogitauit obscurare, ac- <sup>1. Cor. 11.</sup> quietens verbo doctoris, non speciei corporis. Nam capillos ita ve- lito habuit, vt nunquam viderentur; & laboris plus quam decoris fuit, eos non tonderi, cum lasciuia eius nihil seruierint, sed totum oneri corporis, totum militia spiritus; & oculus eius simplex esset in omnibus. Defunctæ abscederunt eos, seruantes pro reliquiis: nec fallit pietas fidei. nam tactu eorum sepe sanantur infirmi. Cer- tissimo autem sunt remedio contra tempestates & fulgura; & surge- tibus ventis, atq; ininitiatis, capillos Sanctæ suspendunt in æra; sicut tempesstas conquiscent, conticescunt tonitrua, ac si Domi- <sup>Mat. 8.</sup> nus Iesu imperet eis, sicut in mari quondam, ita nunc in terra. Hoc tamen solitum in Monasterio tam notum in prouincia, vt capillorū S. Mathildis ostensio, sit tempestatum depulsio: nec post mortem e- ius illuc noxiæ fuerint, cum prius sepe nocuerint.

Oremus & nos Sanctam, ut sanctitatis suæ meritis nos defensat à tempestate, protegat precibus suis à diaboli laqueis ignitis, ascendat potius spiritu iudicii, & spiritu ardoris, ut zelum habemamus Dei per dilectionem, & animum contempnatum proximo per discretionem. Impetret nobis S. Mathildis S. Spiritus gratiam; depellat iram, sedet inuidiam, extinguat odio, premat superbiam, faciat conscientiam, occidat luxuriam, tribuat castitatem, adaugeat fidem, cumulet spem, adiuvat charitatem, ut ipsum, qui charitas est, videamus Deum in illa bonitate electorum viuentium, & regnantem in secula seculorum. Amen.

*In m.s. erat præterea hymnus de S. Mechilide; & officium  
Missa de eisdem.*

*FINIS.*

F

Fride-

